



1878

1. Fly, Kopf, ...  
 2. ...  
 3. ...  
 4. ...  
 5. ...  
 6. ...  
 7. ...  
 8. ...  
 9. ...  
 10. ...  
 11. ...  
 12. ...  
 13. ...  
 14. ...  
 15. ...  
 16. ...  
 17. ...  
 18. ...  
 19. ...  
 20. ...





1640.

1. Fibiſ, Godefridus: De confuſione obligationum.
2. Puceſchnek, Zacharius: De rapina.
3. Puceſchnek, Zacharius: De locatione et conductioſna.
4. Puceſchnek, Zacharius: De amortizatione bonorum.
5. Richterſ, Chriſtophorus Philippus: De ſucceſſione legitima feudali communis et Saxonica.
6. <sup>ant</sup> Ungewer, Erasmus: De Felicitate carnis. 2 Imp. .  
Dec. 1724 & 1735

7. Ungewer, Erasmus: De laudamento.
8. Ungewer, Erasmus: De mutuo.
9. Ungewer, Erasmus: De fenna.
10. Ungewer, Erasmus: De ſtatuto.

1641.

1. Fibiſ, Godefridus: De nomenſto.
2. Puceſchnek, Zacharius: De pecunia.
3. Richterſ, Chriſtophorus Philippus: De commodato.

1641.

4. Richterius, Christophorus Philippus: De homicidiis.
5. Ungepaus, Erasmus: De coactionibus.
6. Ungepaus, Erasmus: De transactionibus.
7. Ungepaus, Erasmus: De iuribus superiorum Latini imperii  
statu competentibus.

1642.

1. Pinescobenck, Zacharias: De eo, quod certo loco dari  
oportet.
2. Ungepaus, Erasmus: De lege regia, tum Romanorum  
antiqua, tum Germanorum recentiora.
3. Windheim, Stephanus Harbicus, vna: De infidelis.

1643.

1. Floyius, Godefridus: Antrige conclusio nam  
hac tempore calamitosa maxime practicitium.
2. Ramdahr, Andreas: De inspectione oculari.
3. Ramdahr, Andreas: De syndico.
4. Richterius, Christophorus Philippus: De iure mona-  
stiorum

5. Schellhammer, Christophorus : De convulsione







10  
Quod DEUS bene verrat!  
DISPUTATIONEM  
De

LOCATIONE, ET  
CONDUCTIONE,

Permissu Magnifici, Nobilissimi & Amplissimi JCTorum  
Ordinis in florentissima ad Salam Academia

SUB PRÆSIDIO

VIRI Nobilissimi, Amplissimi, Consultissimi, Excellentissimi

DN. ZACHARIÆ Præschæncken /

JCTI, & Antecessoris eminentissimi, Consilarii

Saxonici gravissimi, nec non Curia Provincialis & Scabina

tus Assessoris celebratissimi, Dni. Præceptoris, Mæcenatis, & Promo-

toris sui omni observantia, & reverentia cultu æternum deve-

nerandi, maximi æstimandi,

publica, & placida censura submittet

HIERONYMUS GOTHOFREDUS,

Hebrischsohn / Misnic.

in JCTorum Acroaterio

Ad diem Octobr.


Bonus Vir, si habeat servum fugitivum, vel domum in salubrem ac pestilentem, quæ vitia solus sciat, & ideo præscribat, ut vendatur: Utrumne profitebitur fugitivum servum ac pestilentem domum se vendere, an celabit Emptorem? Si profitebitur Emptori fugitivum esse: Bonus quidem, quia non fallet, sed tamen stultus judicabitur, quia vel parvo vendet, vel omnino non vendet; si celaverit, erit quidem sapiens, quia rei consulet, sed idem malus, quia fallet  
Cic. in fragm. lib. 3. de Republ.

JENÆ,

Prelo STEINMANNIANO.

Anno MDC XL.





Reverendissimi ac Serenissimi Principis & Domini,

DNI. AUGUSTI, Postulati Archiepiscopi Magdeburg. Pri-  
 matis Germaniæ, Ducis Saxonæ, Juliæ, Cliviæ & Montium, Landgra-  
 vii Thuringiæ, Marchionis Misniæ, superioris & inferioris Lusatiæ,  
 Burggravi Magdeburgensis, Comitis in Marca & Ravensburg,  
 Dni in Ravenstein, Dni mei Clementissimi,

CONSILIARIO AULICO GRAVISSIMO,  
VIRO

Magnifico, Amplissimo, Consultissimo

DNO. JOHANNI TIMÆO, JCTO, Patrono, Promo-  
 tori, & Affini meo omni observantiæ studio filialiter pro-  
 sequendo.

**P**udet me VIR Magnifice confiteri, & queri de me ingratisimo, quodd,  
 cum omnia beneficia à T. M. in me hactenus fuerint profecta, que ad com-  
 modum & salutem meam pertinerent, pro iis nulla sint à me relata gratia.  
 Testis est Veritas, Justus pudor me convincit. Tanta autem fuere exhibitæ, ut si  
 illorum pondus æstimarem, vix ipsa ad satiidandum gratitudo sufficeret. Nec  
 cessat benevolentia fervor: Animo enim ejusmodi T. M. etiamnum erga me  
 scio affectam, qualis unquam studiû meû favere poterit propensissimè, qua  
 Te certe Patronum recognoscunt, tuasq, autoritate niti cupiunt unice. Hos  
 intuitu Exercitium hocce Legale ex penu ingenii mei qualis qualis adminicu-  
 lante ope libraria depromptum, protectionem tuam petit, ut ab omni injuria  
 defendatur; Imò eadem fruis: summo desiderio esflagitat. Quare Magni  
 Tuæ illud ut consecrarem, Lex urget gratitudinis, conjunctionis, & Affinitatis  
 syadet ratio. Accipe itaq, & mente benevola, fronteq, favorabili disarta-  
 tionem hanc respice; Quod si obtinuerò, felicem me judicabo, quod nempe ma-  
 gnus ad pristinum erga me favorè cumulus ea ratione accedat. Et ne beneficiis-  
 rum tuorum affatim in me hactenus collatorum memoriam ulla unquam de-  
 leat oblivio, Tuæ M. Totum me insuper trado, mancipio, ad quavè servitiâ ad-  
 dictissimum.

Hieronymum Gothofredum Perischohn/  
 Auth, & Resp,



S. N. D. B.

PROOEMIUM.

**S**requentissimus ille in foro contractus, nobilem illam locationis & conductio- nis materiam intelligo, haecenus incognitus fuisse, abrogatus, vel saltem per seculum aliquod incultus & prostratus jacuisset, praesentis status necessitatem eum procul dubio paucos ante annos rursus induxisse putarem. Violentus namque saevissimi Martis excursus opulentos, ingentibusque divitiis collaudatos & circumfluentes homines ad tantas angustias, devastatioque bellica patresfam. ad nimias domesticarum fortunarum difficultates (eheu) adeo coegit, ut splendissimorum bonorum antea pretio abundantes *Mercedem* vix ad vilissimam domum seu casam conducendam nunc inveniant. Oras finitimas per transennam (quod ajunt) saltem intueamur, annon intolerabiles exactiones & gravissima praediis imposita onera plurimos imò innumeros penè Regionis incolas exilium petere jubent? Quos undique dispersos, ut *inquilinos* vel *Domines*, i. e. domo profugos l. 239. *pupillus*. § 4. ff. de V. S. summa postea constituit egestas. Annon communis calamitas, crebris incendiis & conflagrationibus aedificia videt consumpta, patresfam. ad hospitia fugere compellit? Quorum sanè injustam oppressionem valdè prohibet Scriptura sancta, notante *Drus.* 9. ad loc. *Levit.* 68. *Canonbieur* 2. dell. *introduz.* c. 7. maxime quòd & aliàs afflictis non sit addenda afflictio l. *Divus*. 14. ff. de offic. *pres.* c. ex parte. de *Cler. agrot.* imò potius ipsorum miseriae commiserandum d. c. ex parte. Ne verò hocce beneficio isti gaudeant *Advena*, qui metu laboris alias provincias invadentes orium foedissimum plurimi aestimant.

A 2

CO.

eoque intuitu Jure Conductorum uti satagunt; tales utique à Magistratu coercendos aut difficulter minimum in civitate tolerandos esse Politici saniores dudum jam, optimâ ratione stauerunt: Cujusmodi sicubi concurrunt, cum Cicerone FIDES CIVITATIS, nō injuriâ dixeris; cum nulli profint, obfint multis, vid. *Kesker. disp. pract. 33. probl. 1.* Caterum quantum sapiant illi, qui, cum vident majora prædiis inhærere onera vel tempore belli grave rei familiari periculum, imminere, ceu hospites sese offerunt; judicio eorum relinquo, qui ex Locationis Contractu sentiunt commodum: Sentiunt verò maximum, molestiâ domesticâ multum sic mitigatâ, si non in totum sublatâ. Cum itaque ejus frequentiam in foro quotidie contingere, controversias simul inter Dominum & Hospitem, Locatorem & Conductorem non raro oriri & horum actiones ab utraq; parte sæpiusculè indubium vocari videamus; operæ precium facturum me spero, si eam paulò diligentius examinandam, eruditorum censura in præsens subjiciam. *A Jove nunc principium peto, à quo omnes Legislationes descendunt, & in eum respicere debent. Nov. 109. in pr. & ad exemplum sacratissimi Principis, Divi Justiniani, in nomine Domini Jesu Christi manum incepto feliciter adjicio. l. 2. C. de off. pref. prat. Sit ergo*

## POSITIO I.

*Definitio* LOCATIO (a) est contractus (b) mutux Præstationis, (c) quo id agitur, ut pro usu (d) rei (e) & operæ (f) pecunia (g) detur. (h)  
*Donell. 13. Comment. 6.*

*Etymologia.* (a) *Quamvis è re sit, teste Ulpiano, priusquam ad interpretationem verborum accedamus, pauca de significatione ipsius Tituli admonere. l. 1. ff. de reb. cred. vocabulum tamen locationis quis non derivari videt à locando? quod in aliquo loco ponere significat. VVesenber. in par. hic n. 2. Qui enim locat alterum quasi in suum locum collocat. Conductionis verò verbum à conducendo, i. e. secum ducendo. Donell.*

nell. 13. *Comment. 6.* traductum huc est à Latronibus, h. e. stipa-  
toribus Regum sic dictis, quod eorum latera cingerent.  
Qui vel hinc conducti dicebantur, quod unà ducerentur  
cum Rege ut eum stiparent. *Varro 6. de lingv. à lat.* Res enim  
locata ductum conductoris sequitur: quamvis *Hopp. 4.*  
*πρὸς Σαῶν p. 157.* Conducere à conducibili dictum arbitretur,  
eò quod comòdum rei & fructus conductor percipiat.  
Homonymiam quod ainet, utrumque variè accipitur vo- *Homony-}*  
cabulum. Locare quidem; quando dicimus, Locare funda- *miæ.*  
menta, locare filiam, i. e. in matrimonium dare, locare ca-  
stra, i. e. ponere, virtutem locare, i. e. æstimare, operam loca-  
re. anlegen. Conducere verò; ut in unum locum confertur,  
zusammen tragen. Item conducit, pro utile est, accipitur.  
Dicimus & nummos conducere, pro fœnore accipere. Ho-  
rat. lib. 1. Satyr. 2.

*Omnia conductu cœmens obsonia nummū.*

Sed commones hæ sunt & ab instituto nostro significatio- *Diviso.*  
nes remotiores. In jure nostro sumitur vel *generaliter* ita ut  
ante constitutionem zenonianam Emphyteusim quoque in  
se comprehendat §. 3. *Inst. hic, l. fin. ff. si ager vectig. l. 1. & seqq.*  
*C. de Jure Emphyteut. l. 1. §. 7. 22. l. pen. §. fin. C. de agri. & censit.*  
vel *specialiter*, ubi locatio ita accepta ab Emphyteusi tan-  
quam à specie separatur. *l. 2. & passim r. t. ff. Locati.* Nos di-  
cimus vermieten/verheuern oder einthun / & mieten/he-  
uern/einnehmen: Quam demum significationem hujus lo-  
ci esse agnoscimus. Cæterum qui intelligit, quid sit lo-  
catio, ille & intelligit quid conductio, cum correlativorum,  
sit eadem natura. *Schneidev. Instit. in pr. b. l. Pantzschman. lib. 1.*  
*quest. 13. n. 14.* idemque esse soleat judicium. *l. 1. ubi Barr. Cod.*  
*de cupress. lib. 11. l. fin. C. de indict. viduit. toll.* quæ simul & eo-  
dem tempore nasci & naturaliter simul esse dicuntur. *Bald.*  
*in rubr. C. de R. C. adeò, ut posito uno vel sublato, necesse sit,*  
ut ponatur vel tollatur alterum, *arg. l. 1. & l. fin. de acceptil.*  
quòd nempe unum sine altero esse nequeat. *Socin. Consil. 73.*  
*vol. 3. Socin. Jun. Conf. 136. n. 32. vol. 3.* Sunt quidem, qui pu-  
tant correlativorum non unam existere naturam, sed  
omniò diversam: quod facillè credo, si ea ut sibi opposita

considerantur; Domini enim natura est imperare, servi parere; si verò correlata considerantur, quatenus correlata, & quatenus relatum habet respectum ad correlatum non video, quò minus *Schneidevv.* rectè senserit, naturam illorum unam esse: non quod ea quæ sunt Locatoris, etiam sine conductoris & vicissim, sed quod, ut hic contractus consistat, necesse sit, esse ut qui locet, & qui conducatur, atque ita, sicut in reliquis contractibus omnibus, ad minimum duos concurrere. *Vult. ad Inst. in pr. n. 4. b. l.* Nec eo inficias, locationis & conductionis verba rectè conjunctim scribi posse, si negotii seu contractus unitatem designant *l. 20. ff. de act. empt. & vendit. arg. l. 1. ff. de pact.* Rectè etiam disjunctim, si contractus duorum voluntaribus in analysi distinguentur constat, *Treutl. vol. 1. disp. 29. th. 1. lit. A.* hic. Hinc personis ita diversis diversæ actiones competunt, Locatori Locati, Conductoris conducti. *l. si quis domum §. si colonus ff. h. r.* Quamvis olim veteres promiscuè, ad exemplum emptionis & venditionis appellationibus locationis conductionis, usos fuisset, non obscurè innuat *l. 19. ff. de act. empti. cum l. seq. & Alciatus lib. 5. parergon c. 15.* Unde in *l. si judex 41. de minoribus* Emptor pro venditore & in *l. 9. si colonus. §. 3. ff. locati.* Locator pro Conductore accipitur. Sic actio ex emto significat actionem ex vendito. *l. Julianus §. si procurator de action. empt. l. 1. C. si servus emi se mandav. & actio ex vendito actionem denotat ex emto l. si cum venditor §. si secundus l. sed hoc nomine C. de evict. l. ex conventionione C. de pact. l. 1. C. sine cens. & reliquæ.* Similiter & ex locato, actionem ex conducto. *l. sed ad des §. illud ff. locat. & ex conducto ex locato actionem significat. l. Dominus §. ult. h. l.* Borcholt quidem ad §. item quaritur. *Inst. h. r.* non verisimile esse ait, veteres confudisse quæ maximè distinguenda suere. Unum enim esse, ac si quis tutorem appelleret pupillum & contra: Quare hoc magis librariorum vitio accidisse credit; cum librarii vocabula, quæ sub eandem rationem cadunt, sæpius commutarint. In actionibus autem appellandis, veteres conjunctim actiones nominasse confirmat, cum unicuique actioni duplex nomen tribuerint. *l. ult. §. 1. de l. Rhod. de jact. l. 5. §. nunc videndum ff. commod. l. mul-*

rum. de hered. vendit. Varro 2. de re rust. c. 2. Ego quantum ad actionum appellationes ejus opinionem accipio, quoad responsonem verò ad ll. jam allegatas, ab illo penitus dissentio.

(b) Et quidem Jurisgentium §. sed jus 2. in fin. Inst. de I. N. G. & C. l. 5. ff. de l. & l. i. ff. bic. l. 7. in pr. & §. 1. ff. de pact. C. jac. ad l. 2. de V. O. ita ut nulla solennitate verborum opus sit. l. 2. §. 1. ff. de oblig. & act. Nominatus. tt. ff. & C. locati. VVesensb. in par. n. 3. h. t. quia civile legitimum & proprium nomen habet ab omnibus aliis contractibus distinctum, nec cessant hic judicia prodita, & vulgares actiones. d. l. 2. §. 1. de pact. l. i. de prascript. verb. Borcb. in pr. Inst. h. l.

(c) Quæ mutua præstatio est consensus quo totus contractus efficitur pr. Inst. de oblig. ex consensu l. i. l. 14. ff. l. 24. C. h. t. l. 35. de V. O. Propterea obligationes ex ejusmodi contractu nascentes b. f. sunt & habentur; quia alter alteri non in id solum est condemnandus, quod in contractum nominatim deductum est, & in libello conventionis expressè petitum, sed etiam in omne id, quod insuper præstari æquum & bonum sit. §. 30. Inst. de act. Nec obstat l. 33. C. h. t. quod scriptum possit perficere talem contractum. Adde l. 24. l. 26. C. esd. Non enim ita substantialiter scriptura requiritur, ut consensus. Vult. Inst. eodem. Potesit quippe scriptura vel instrumentum adesse & non adesse. Denique licet solo consensu perficiatur, & nihil quicquam amplius desideret; quia tamen in generis sui nomine haut consistit, rectè nudum non erit pactum sed contractus, Hunn. super Treut. vol. 1. resolut. 29. quest. 1.

(d) Quo ipso apertè discernitur Locatum ab Emto: Nam in emtione & venditione id agitur, ut dominiū transferatur; hic tantum usus. Usus autem excludit abusum. Si enim res consumatur, mutuum est non locatio. VVesensb. in par. ff. n. 3. h. t. Et debet prospicere conductor, ne in aliquo Jus rei vel corpus deterius faciat vel fieri patiatur. Secus est, si talis res locetur, quæ usu consumi possit, i. e. Res fungibilis, cujus ususfructus improprius dicitur l. 2. ff. de usufr. ca.

rum rer. & pro quasi usufructu habetur §. 2. *Inst. de Usufr.* Ut si conducere pecuniam numeratam, ut neque clausa neque obsignata traderetur mihi, sed tantum annumeraretur, nihil utique aliud debetur finito contractus tempore, nisi ut tantumde solvatur: quo casu dominium in locatore transfertur & itur in creditum, mutuūque; quodammodo vel quasi mutuū contrahitur. *l. 31. in navē ff. h. t. & nisi merces interveniret, esset verē mutuū; ut plurimi Dd. sentiunt cum Vult. Inst. h. l. in pr. n. 14.* Sanē quōd hic in dominium contra mentem Ulpiani *l. 39. ff. locat.* transfertur & mutatur, id valde est speciale *Treut. eod. l. th. 1. lit. D.* Etsi enim mens & animus contrahentium fuerit in *d. l. 31.* locare conducere, id tamen notissimos terminos contractus egreditur; quod de deposito in non dissimili casu respondet *Papin. in l. Lucius 24. ff. depositi.* Et quod notat *Javolenus ex l. convenit 65. ff. de contrah. emt. & vendit.* saltem intelligimus de rebus, quæ usu consumuntur & pereunt; quarum conductio non est, nisi materia, in qua aliquid præstatur, in eodem statu ejusdem permaneat, i. e. cum dominium manet penes locatorem atque possessio, *l. qui universas 30. §. quod per colonum 5. ff. de acquir. possess. l. quedam mulier de R. V.* conductor enim non possidet, sed rem detinet saltem. *Pantzschbm. lib. 1. quest. 22. n. 4. de materia locat. & usum percipit: quoties verō immutatur & alienatur, emtio magis quam locatio intelligi debet d. l. 39.* Quæ regula quidem generalis non est; cum enim dicimus locationem non mutare dominium illud ad solam locationem fruendi pertinere statuimus cum *Gregorio Lopez animadvers. c. 15.*

(e) §. 4. *Inst. hic lex conductio 15. §. 1. l. si in lege 24. §. colonū l. si merces 25. §. 1. l. si fundus 33. ff. eod. Vult. t. Jurispr. Rom. 36. n. 4.*

(f) Intellige personarum usum seu facta alicujus personæ *d. §. 4. Inst. h. l. l. item queritur 13. §. 1. l. sed addis. §. si quis mulierem l. ea lege 51. §. 1. ff. eod. l. 2. & l. fin. in pr. ff. de L. Rhod. E. g. Si Titius architecto Seio domum extruendam offert vel ædificandam, Seius operam suam locat, & ita locator est ratione operarum Præstitarum, Conductor ratione domus*

con-



conducat. l. 22. §. 2. hic. *Barthov. in pr. Inst. eod. in Locatione*  
enim facti diverso respectu, idem & locator & conductor  
dici potest. *Ladvveilin Comm. ad π. VVesenb. hic.* Item, cum  
Aurifabro aurum porrigo, ut ex illo mihi faciat poculum,  
pro certâ mercede, aurifaber iterum operam suam mihi lo-  
cat, illique ego, ut operarum Conductor, pecuniam debeo,  
& tale opus locatum à Græcis non dicitur *ἔργον*, sed *ὑπό-  
τέλεσμα*, ex opere factio perfectum aliquod corpus. l. 7.  
§. 1. ff. de V. S. Errant proinde qui generatim locatorem &  
conductorem per mercedem definiunt, ut ille accipiat, hic  
verò solvat. *Hillig. ad Donell. lib. 13. c. 6. lit. H.* Certè ejus-  
modi definitionem meritò non probam cum *Bocero*, nimie an-  
gustam cum *Vultio*, falsissimam cum *Borcholto*, imò que perpe-  
tua non est, ac sepe fallere potest cum *Rittersh. ad d. l. 23. de R. J.*  
c. 9. appellandam existimo; Ea que satis (opinor) rejicitur ex  
l. 11. §. 3. junctâ l. 13. §. 1. 3. 4. & seqq. l. 14. l. 51. §. 1. 59. l. 60. §. 2. ff. l. 14.  
C. b. l. Pertinet namque ad illum duntaxat casum, quando  
quis aliquid dat utendum, non etiam faciendum, & condu-  
ctor non modò mercedem dat, sed etiam accipit; quod mō-  
strat jam allegatum exemplum. Vide omninò *Jacob. Cujac.*  
lib. 2. obs. c. 28. *Ludov. Lopez.* lib. 2. c. 24. de contract. Unde in l. 59.  
*Marcus* dicitur conduxisse domum faciendam: Ipse quidem  
*Flavius* Locator est, cum tamen & mercedem numerare  
cogatur. Idem est, ac si *Insulam* locarem ædificandam,  
quia, quod artifex operam suam mihi præstiterit, pecuniam  
numero l. 22. §. 2. ff. hic. Adde *Bocer. pluribus hoc pr. banc em.*  
ad l. contractus. 23. n. 94. de R. J. Ergò dicimus, Locare, esse ali-  
quid dare utendum vel faciendum; Conducere, accipere  
aliquid utendum vel faciendum. Bene *Donell. 13. Comment. 6.*  
Si quis (inquit) operam solam præstat nostro sumtu, dicitur  
operam locare, nos conducere: Ut ecce *Literator*, si ad do-  
cendum operam exhibeat, ac de mercede paciscatur, loca-  
tor est, discipuli conductores; sin suo sumtu, inversa appel-  
latione, ille opus conducit; prius enim pecuniam erogat ac  
impendit, atque inde vocatur redemptor l. 60. §. 3. b. r. l. Redem-  
tores 39. de R. V. illi locant l. item 22. §. 2. l. 19. §. 7. l. 25. §. 7. hic.

B

Por:

Porro Conductores & alia specialia, pro rei qualitate sortiuntur nomina, ut si quis prædium urbanum conduxerit, dicitur inquilinus l. 27. §. conductor litem queritur §. fin. ff. b. l. l. ult. ff. de migr. l. 4. §. prator ait. de damno infecto l. 2 §. 1. de uso & habit. quasi incolinus Donell. 13. Comment. 6. Si verò rusticum, Colonus. l. 24 §. 1. & 2. hic. cujusmodi Schneidev. Inst. §. præterea hic triplicem statuit, unum vocat Conductitium, qui colit agros, & dat inde mercedem, non in pecuniâ numeratâ, sed in aliâ materiâ, videl. aliquot modios frumenti; alterum Partiarium, qui colit agrum ad partem seu medietatem fructuum vmb die helfffe. Nobis hic ad Salam in Thuringiâ: Ein Halbbesler dicitur si vindemiator est; si agri cultor, Ein Halbbauer, vid. Rittershus. ad lib. 10. epist. Plin. f. 94. & tertium appellat Nummarium, qui nummis colit & solvit pensionem in pecuniâ numeratâ. Superiorem inter inquilinum & colonum differentiam clarè firmat Martianus in l. 37. ff. de acquir. possess. Confer Ludov. Lopez. lib. 2. cap. 24. de contr. Harpr. ad pr. Inst. b. l. n. 12. Stück. part. 1. exercit. Justinian. 12. offert. 4. lit. F ubi distingvit eos, qui operas præstant, in artifices & manuarios.

(g) Quæ vulgariter merces nuncupatur pr. & §. 1. Inst. l. 2. l. 25. ff. l. 21. C. b. r. l. 23. de comm. divid. l. 1. §. 19. depositi; Quamvis id appellationis primariò ad res mobiles pertineat l. 66 ff. de V. S. & specialiori alioquin nomine, merces, in reb. immobilibus interdù penso vocetur l. 3. C. de locat. l. 5. si tibi l. 9 §. si alienam. l. 15. §. 4. l. 19. §. si qui dolea. 1. & §. 6. l. 23. ff. cod. Generaliori tamen appellatione non raro & precium dicitur; quò d testatur l. 28 §. idem Juris l. 35. §. cum fundum ff. hic l. 10. in fin. de acquir. possess. l. ult. §. fin. ad L. Rhod. de jactu. Licet aliàs precium propriè loquendo, ad differentiam locati, sit in emto tantum l. 72. pacta conventa ff. de contrab. emt. & passim alibi. Appellatur & quandoque honorarium, pro operis honestis l. 38. in fin. hic. l. 1. §. 10. & 12. de extraord. cognit. Nonnumquam manu precium seu manus precium, quando datur pro artificio seu elaboratione alicujus materiæ, l. qui insulam 30. §. 3. hic. l. 13. mulieru. §. 1. ff. de V. S. Rittersh. ad l. contractus 23.

de R. J. cap. 9. Quo verbo quoque utitur *Cato de re rustica c.*  
*14. Consularum Brissonius 4. select. Plinius lib. 33. c. 11. 34. c. 7. & lib.*  
*35. c. 10. Terull. lib. de idololatria Liv. lib. 34. in orat. L. Vallerii*  
*Trib. pleb. Aliquando dicitur & nutritium, quod nutrices ac-*  
*cipiunt propter alimoniam infantium apud Præsides, ut in*  
*d. l. 1. §. ad nutritia 14. de extraord. cognit. Aliquando nauulum*  
*vel vectura. si datur naviculario vel aurigæ pro vecturæ re-*  
*rum vel hominum. l. 39. §. 1. de Legatis. l. 15. §. 6. hic. l. 6. §. 1. ff.*  
*qui portiores in pig. vel & c.*

(h) Conventionem verò de mercede certâ fieri de-  
bere illicò, statim §. 1. Inst. hic. pròtinùs l. 22. de præscript. verb.  
initio contractus *Godofredus in Not. hujus leg. lit. A.* omninò  
necessum est. Nam si initio contractus nulla citò merces  
definiatur, ut si conveniatur, postea tantum datum iri, quan-  
tum inter contrahentes placuerit; non erit Locatio vel  
Conductio, sed contractus incertus, ex quo nascitur actio  
præscript. verb. seu in factum. l. 19. §. 1. & d. l. 22. ff. de præ-  
script. verb.

## THES. II.

Causa efficiens est consensus. (a) Possunt <sup>Causa</sup>  
verò consentire omnes. (b) qui non prohi- <sup>Efficiens,</sup>  
bentur. (c) leg. 12 ff. de judic.

(a) Sufficit solus *Paulus enim in l. 35. si stipulor §. 2 de*  
*V. O. ad Sabinum* dicit: Etsi quis in locando & conduciendo  
ad interrogationem non responderit, si tamen consentitur,  
in id, quod responsum est, valet, quod actum est, quia hic  
contractus non tam verbis, quam consensu confirmatur. .  
Convalescit inquam solo consensu l. 14 qui ad certum ff. h. r.  
Cui consequens, ad ejusmodi contractum in eundem  
neminem invitum cogi, nec post impletam locationis tempo-  
ra retineri, vel conductorem ipsum vel ejus hæredes posse,  
l. in vitos n. C. h. l. Nec adversatur l. cotem n. §. ult. ff. de public. &  
vectig. qua conductor post tempus locationis finitum com-  
pellitur vectigalia prioribus pensionibus suscipere: ubi er-

B 2 gò

gò coactio, ibi nullus consensus, cum sibi invicem opponantur. Tractatur enim *in d. s. ult.* casus planè specialis, respiciens salutem Reipubl. quæ præferenda privatæ. cujus certè commodum suprema lex esse debet; ut atrea vox habet Ciceronis. Præterea cum dicimus, solum consensus ad perficiendum contractum sufficere, & non tria substantiva esse necessaria, consensus, mercedem & rem seu operam, cum *Hunn. ad Treutl. vol. 1. resol. 29. quest. 1.* id cum grano salis accipi velim. Quamvis enim mercedis & rei vel operæ præstatio non ad perfectionem contractus respiciat, spectat tamen ad ejusdem consummationem, vim atque effectum. Deinde consensus non tantum est *expressus*, ut si tractatus nominatim de re vel opera locanda, inter partes habeatur; verum etiam *tacitus* *l. 13. §. fin. l. 14. ff. l. 16. C. bis.* Nam si uterque contrahentium post completum tempus tacuerit, reconduxisse videtur; quod ita accipiendum, ut in ipso anno quo tacuerunt contrahentes eandem locationem renovasse putentur. Ubi tamen discrimen adverte inter prædia rustica atque urbana, quæ didifferunt ita: In illis tacite quasi reconducit colonus annuatim; imò in annum conductori indulgeri creditur, non in amplius, etiamsi fortè in lustrum seu quinquennium fuerit prima conductio. Nam & tum non videtur ex patientiâ renovata conductio in quinquennium, sed in eum solum annum, qui sequitur *d. l. 13. §. ult. Vals. in pr. Inst. n. 12. b. l.* Ne tacitus consensus, qui ex facto inducitur, ultra quàm factum sit, extendatur. *Harpr. in pr. Inst. de locat. n. 18. Anton. Faber in C. tit. 41. def. 48. n. 1.* Idem erit dicendum, si secundo anno in conductione manserit, ut in eadem specie videatur tantum in annum reconduxisse. Quid ergò, si bis in anno fructus ex eo fundo proveniant, aut lustratim & nisi de quinquennio? Eadem tunc conductio tacite repetita censebitur *Carpz. p. 2. Const. 37. def. 9.* Colonus dum manet in conductione ostendit se manere, ita ut prius erat. *Hunn. ad Treutl. citat. loc.* Et his casibus in prædium rusticum invecita & ejusdem Coloni propria, tacito quoque pignore locatori obligantur, quòd scil. contractus cum pignoris  
vin.

vinculo renovatus censeatur. *lib. C. hic.* At non ea, quæ à tertio Conductoris Coloni nomine data fuerunt, nisi accedat Domini consensus. *Godof. in Not. ad d. l. 14. lit. I.* In urbanis verò prædiis illo jure utimur, ut prout quisq; habitaverit. h. e. in id tempus, in quo habitavit, ita & obligetur & reconductio facta existimetur. *d. l. 13. §. ult. Anton. Faber d. f. 45. n. 5.* Quam L. Dd. communiter interpretantur, ut tacita illa reconductio duret, tamdiu, usque dum alteruter contrahentium contractui renunciaret. *Coffal. ad d. l. Mynsing. ad §. fin. Inst. hic. Bocer. class. 2. disp. 4. tb. 10. Vult. Jurispr. Rom. t. 36. n. 18.* Id quod tamen cum æquitatis quodam temperamento exaudiendum esse, copiosissimè demonstrat *Menoch. in tr. de presunt. lib. 3. presunt. 85.* Junge *Magnif. Dn. D. Foman Seniore, p. m. in disp. Inst. 25. tb. 13. lit. c.* ubi dicit, in habitatione urbanorum prædiorum, post præfinitum tempus de novo in totum, sicut primò conduxerit, inquilinum reconduxisse censeari. Quò spectat, quod Lipsienses in causâ Pauli Mengels Anno 1586. Mens. Feb. in hunc modum pronunciarunt: *Habet jhr Anno 1571 Moritz Thumeln in ewrem Hause eine Stube/Kammer/Stall vnd Herboden auff 5 Jahr vermietet/vnd er hat euch jährlichen 14 Zhr Zins zu entrichten zugesaget/vnd es hat gedachter Mietmann/nach Verfließung der gefazten Zeit/noch andere 5 Jahr/vnd also 10 Jahrlang die Miete bewohnet / vnd doch keine neue Vergleichung mit euch auffgerichtet/so ist er/Inhalts vortgen Miet Contracts/euch auff jedes Jahr/so lange er geblieben/ 14 Zhr Miergeld zu geben schuldig B. R. W.*

Quod si in scriptis, certum tempus fuerit expressum, reconductio nulla esse potest. Quando enim contractus locationis non tantum ad probationem conscriptus est, sed etiam, ut esset planè scriptis initus, qui post tempus conventum habitat in urbano prædio, facere non potest, ut plus scriptum videatur, quàm revera scriptum sit. *Anton. Faber d. l. 41. def. 48.* Et si fortè dici possit, ex Locatoris patientiâ consensum induci, eò, quòd contractus ex scriptura vires suas acceperit, *Carpz. cit. l.* Nihil autem interest, expresso & definito tempore res locetur, vel ad breve tempus, vel in lu-

strum d.l. 13. §. ult. l. 24. §. si domus 2. & §. colonus 4. l. 60. ff. hic. vel  
in plures vel in pauciores annos, vel in menses aliquot. l. qui  
fundum 32. ff. h. r. l. sed adde 19. §. si quis ff. eod. vel ad longum,  
ut si locatio facta sit ad decennium, aut ultra id tempus, aut  
ad vitam locantis aut conducentis, vel, ut duret, quamdiu  
locator voluerit. vid. Pinell. in l. 1. C. de bon. matern. part. 3. n. 63.  
Sunt quidem Dd. ex decennali vel longiori tempore factam  
locationem mutari contractum & transire in alium, ut Em-  
phyteusin, statuentes; ubi præsupponunt, utile dominium  
in conductorem transferri: Sed Wesenbec. in par. h. l. n. 8. Con-  
nanus lib. 7. Comment. c. 13. n. 3. & Magnificus Dn. D. Foman p. m.  
disp. instit. 23. th. 4. lit. m. viriliter illis resistunt. Naturam  
enim Locationis esse ajunt, ut Dominium non transferatur,  
etsi longissimæ possessionis Conductores existant, nec ex  
temporis adjuncto, sed propriâ formâ quamvis rem æstimari  
& distingvi volunt, nec tempus simpliciter esse modum sol-  
vendæ obligationis. l. si procuratorem 8. ff. mandat. Excipimus  
tamen tempus perpetuum, ut quando res ita locatur: Quam-  
diu merces præstatur eamq; auferri non liceat, ne quidem ab  
hæredibus ejus, cui fruenda traditur. Ita enim Locatio per-  
petua, ubi jus reale transfertur, contractus magis cense-  
bitur Emphyteuticus l. 1. ff. si ager veſtig. & propterea jus  
perpetuum dicitur in l. 1. C. de offic. Com. Sac. palat. Contra-  
rium sentit Bocer. Class. 2. disp. 4. th. 16. & in d. l. pro hoc est, legit-  
vel, sed perperam.

(b) Adeoque quia solo consensu constat, nec verbo-  
rum solennitate indiget, l. 2. §. 1. de O. & A. potest murus &  
surdus eum quoque celebrare arg. l. 4. §. 1. ff. de pact. l. 48. de Obl.  
& Act. & l. ubi non voce 124. ff. de R. J. quemadmodum nec  
donare prohibentur l. qui id quod l. 33. §. penult. ff. de Donat. ne-  
que nuptias contrahere, l. murus, surdus, cæcus, 73. in pr. de  
J. Dot.

(c) Prohibentur autem (1) Milites. l. milites 31. & l.  
fin. C. h. l. l. 13. ff. de re milit. Ludov. Lopez lib. 2. cap. 25. de Regib.  
Conduct. operar. ne sc. omisso armorum usu ad opus rusticum  
se conferant, & vicinis graves existant præsumptione cinguli  
militaris, vel relictis studiis publicis signisque victricibus  
ad

ad conductiones alienarum rerum proficiant, & ad ejusmodi fordida audeant venire ministeria; cum armis, non privatis negotiis occupentur, ut numeris suis jugiter inhaerentes, Republicae qua aluntur, ab omni bellorum necessitate defendant. Verum stabulum pro equo, ut & alia usus sui gratia conducere non prohibentur *ex gloss. & Salicet. adnotavit Mozz. h.l. n. 3.* quod tamen in usu amplius non obtinere, ostendit *Mess. ff. h. l. n. 8.* Item prohibentur res alienas conducere (2) Curiales *Lud. Lopez. cit. loc.* nisi forte domum propriam non habeant. *Bald. in l. Curiales 30. C. hic. vel alicui in conductu succedant l. 4. ff. de Decurion. arg. l. 59. de R. J.* Nec (3) Clerici propter *Nov. 123. cap. 6.* possunt conducere publicas res, vel alienas possessiones, nisi ad egestatem suam honeste defendendam. *Stuck. exercit. 1. Dec. 12. assert. 4.* Denique & Tutores Curatoresque, antequam rationes reddant, praedia patrimonialia Caesaris. *l. 49. pr. ff. h. l. aut fisci d. l. §. 1.* conducere prohibentur. Et ut verba compendifaciam, referti huc posse videntur generaliter omnes, quos lex vel statutum, vel pactio a celebrandis contractibus removet. *arg. l. fin. C. de reb. alien. non alienand.*

### THES. III.

Omnia autem illa, quae vendi possunt, *Materia* etiam locari possunt (a), res mobiles & immobiles, corporales & incorporales (b) propriae, (c) alienae (d) & communes (e) operae etiam, ut tamen sint honestae & locari solitae (f)

(a) Hanc regulam ponit *Ludov. Lopez lib. 2. c. 24. de contract. ex gloss. & text. l. locare ff. locati.* Vel latius: quae in commercio hominum existunt *l. 34. §. 1. ff. de contrab. emt.* quae permolari & alienari possunt. *l. 1. in pr. ff. eod. §. 4. Inst. de Legat. l. 39. §. 7. & fin. l. 40. ff. de Legat. 1. P. Gregor. lib. 25. Syntag. Jur. univers. cap. 2. n. 5. & lib. 42. c. 32. n. 16.*

(b)

(b) Non omnes. Excipiuntur enim *servitutes reales*, vigore *l. 44. ff. hic à prædiis separatæ*, quæ non possunt locari, quia illis cohærent. *l. 1. §. 1. ff. comm. præd. Bart. ibidem*, *Sichard. ad rubr. C. h. t. n. 3*. Et si absque his illæ locarentur, utilitatem prædii nun respicerent, sed hominum; contra *l. 6. Altilicinus. 35. de servit. rust. præd.* Quis etiam quæso servitutem urbani vel rustici prædii acquirere potest, nisi qui habeat prædium? Addunt alii *jus quoque patronatus*. *C. de jure verò 16. extr. de jure patron. ex Lampertini tractatu de jure patron. q. 8. part. 2. q. pr. 1. J. Mei. ff. h. t. th. 11*. Jura verò quæ solo quidem cohærent, sed ad ejus utilitatem principaliter non spectant, ut sunt jura vectigalium, rectè posse locari, notat *Godofr. ad d. l. 44. lit. 6. & Treut. vol. 1. disp. 29. th. 2. lit. A.*

(c) Proprias res locari posse dubium non est, conducti tamen nequeunt. *l. 9. §. fin. b. l. l. 2. C. eod.* Neque pensio domus conductæ, si legata vel donata fuerit ex locato debetur. *d. l. 9. §. fin.* ejusmodi locatio nulla est. *l. 45. ff. de R. J. l. 20. C. hic.* Nemo enim causam possessionis sibi mutare potest. *l. 3. §. 19. de acquir. possess. l. 23. C. hic.* Cùm absurdum sit, eam rem, quam ut Dominus possideo, alio jure mihi acquirere, quia quod semel meum est, amplius meum fieri non potest, secundum vulg. Et si proprium est Dni, posse re sua uti, iniquum esset, ejus usus nomine cuiquam à Domino mercedem præstari, *Vvesenb. in par. b. l. n. 5.* Quid si quis scienter rem suam vel propriam conduxerit? rem certè non ut propriam, sed ut alienam conduxit: quia sic Dominio suo præjudicat, quod in illum à quo conduxit, transfert. *§. interdum. 43. Inst. de R. D.* Hinc videmus in *l. 77. ff. de R. V.* mulierem fundum marito donasse sine traditione, cum verò ab illo postea conduxisset, ubi maritus per colonam ex conductione possessionem acquirit, si non jure donationis. Num autem *Treutl.* rectè sentiat ex *l. 21. ff. hic.* Conductorem rem suam ut propriam conducere posse? cum tamen ibi dominium rei venditæ, donec pretium persolveretur in emtorem, qui fundum conducebat, nondum erat translatum *§. venditæ 41. Inst. de R. D. l. 19. de contrah. emt. ipse viderit.*

(d)



(d) Non secus quam res aliena vendi. l. 28. ff. de con-  
trah. emr. l. 11. §. 2. de act. emr. ita etiam locari potest l. 7. l. 9. in  
fin. l. 39. pr. b. l. Quo tamen casu, si verus Dominus prohibeat,  
eum uti, qui conduxit, poterit adversum locatorem, de eo,  
quod interest, agere. d. l. 7. & 8. Anton. Fab. 2. conj. cap. 5. Treutl.  
d. l. lit. b. Rem autem alienam à se conductam conductor  
alteri, ad eundem usum locare non prohibetur. Gomez. 2. va.  
riar. resol. 3. n. 11. l. nemo. 6. locati. Panormit. in cap. inter dele-  
ctos de fide instrum. Ludov. Lopez. lib. 2. c. 24. de contract. æquè  
tamen idoneo, ne alteri hoc fiat in præjudicium, ut si perso-  
næ inhonestæ, truci vel insolenti eam locaret, vel invitis so-  
ciis, qui conduxerant, talem aliis locare contenderet. De-  
bent itaque (ut dixi) esse personæ idoneæ. l. 7. ff. de usu & ha-  
bit. arg. Nov. 14. c. 1. l. 27. §. 1. de usufr. l. 19. C. de Episcop. sic Usufru-  
ctuarius usumfructum suum conductum iterum locare pot-  
est. l. 12. §. 2. ff. de usufr. l. 13. §. fin. l. 15. §. 5. & ff. §. 1. Inst. de usu  
& habit. ratio, quia, qui locat, etiam utitur d. l. 12. §. 2. & qui  
mercede fruitur, non minus habere intelligitur, quam qui re  
principaliter utitur. l. 39. de usufr. Non adversatur nobis Vvesen-  
bec. in par. tit. quib. mod. usufruct. vel usus alien. n. 5. qui arbitra-  
tur, juxta §. pen. Inst. de usufr. & l. 66. ff. de jure dotium. cessione  
usumfructus extraneo factâ, cedentem nihil agere, & ad ces-  
sionarium transire, sed ad Dominum proprietatis illum re-  
verti: ibi enim intelligitur usumfructus formalis. Godofr. in  
not. ad d. l. 11. lit. O. ff. de pignor. qui alienari nequit, quæa modum  
causalis, qui non separatur à suâ causâ. Quis verò prohibeat  
cum Bart. usumfructum vendere vel alienare, si is confide-  
ratur, non ut servitus, sed quatenus commoditatem utendi  
in se continet? Imò potest alienari l. 8. pr. de bon. athen. judic.  
poss. l. non utitur, l. cui usufructus ff. de usufr. Ergò si alienare,  
si vendere usufructuarius potest, usumfructum locare, mul-  
tò magis poterit. Deinde res aliena est pignus, ubi Creditor  
tantum jus habet in re, quoad possessionem. l. 26. §. 1. ff. de pi-  
gnor. act. Nam pignus manente proprietate debitoris, solam  
possessionem transfert ad creditorem, quæ non minus locari  
potest domino suo. l. 35. §. 1. lit. Si autem invito Domino,  
C  
Cre-

Creditor pignore per locationem utatur, furtum committit rem alienam contrectando. §. 6. *Inst. de oblig. que ex delict. nasc. l. 54. ff. & l. 7. C. de furt.* Potest tamen Creditor pignori sibi oblata ex causa pignoris rectè locare, *l. 23. de pignor. modo pactum intervenerit à r. r. g. r. e. w. s. Godofr. in nob. ad d. l.* Sed & Vasallus feudum jure locat propter §. 1. *donare lib. 2. feud. 9.* & quidem non tantum ad modicum tempus; sed & ad longum *Treuth. disp. 29. tb. 2. lit. f.* puta decennium *Ant. Gomez tom. 2. variar. resolut. cap. 4. n. 11. Euber in §. item finitur in pr. Inst. de usufr. Hackelman. disp. illust. quest. 11. coroll. 2.* non obstante plurimorū Dd. sententiā per d. §. 1. *donare Feud. 9.* quòd scilicet talis locatio sit fraudulenta alienatio, quā transfertur utile Dominium; Cū enim præter usum nihil quicquam Vasallus transferat in Conductorem, & Feudum tantum, ut usufructus consideretur, ubi Vasallus loco fructuum ex Feudo redigendorum, mercede uti possit. *l. 12. §. 2. de usufr. nullum videtur esse dubium, quin verba expressa locationē permittant. Schrad. rr. de Feudis part. 3. cap. 1. n. 18.* nisi sit fraudulenta, i. e. quæ vergat in contemptum Domini, ut in §. *ult. 2. Feud. 24.* hæc alienatio est prohibita *tit. 52. & 51. lib. 2. Feud.* ubi debita servitia Domini amittunt, eorumque honoris complementum minuitur *d. t. 55. in pr.* Sic etiam *habitationis usufructus* propter utilitatem legatus; ex sententiā Marcelli decisione Imperatoriā confirmatā, locatur. §. *pen. Inst. de usu & habit.* Quæ decisio in *l. 13. C. de usu & habit.* habetur, ubi hæc datur Legatario licentia. Nam nihil distat, si ipse Legatarius maneat, seu alii cedat, ut mercedem accipiat. Pariter enim sunt quoties de habitationis jure queritur, per se uti habitatione, & per alium eadem uti, ex quibus illa pensiones recipere. Sed quid statuendum de *majoratu*, i. e. de bonis in familiā perpetuò existentibus, ita ut semper penes majorem remanere debeant, an quoque locabilia existant? Et magis est, existere, modò si ipse moriatur, successor ejus non teneatur, sed possit tanquam de jure successionis sibi delata, pro arbitrio suo dispoñere. Ratio videtur esse, quod is non habeat Dominium perpetuum, sed temporale tantum, adeò: ut de

de illo non possit liberè disponere, quin qualitas semper in  
hæreat *Ludovic. de Molin. lib. 1. de primogen. Hispan. cap. 21.* Satis  
fit de locatione rerum alienarum; plures & pulcras species  
illarum, qui amplius videre desiderat, adeat *J. Mei. 1. Diss.  
Pandect. ad b. t. t. b. 9.*

(e) Tantum pro sua parte quis alienare potest, non  
autem plus, etsi totorum bonorum sit socius. *l. 63. ff. pro socio.*  
Cæterum si vendere & oppignorare socius portionem suam  
potest, quidni etiam locare; arg. à minori credibili ad id,  
quod magis est credibile.

(f) *l. 30. §. 2. l. 38. ff. Locati l. 1. in pr. de prescript. verb.*  
Quænam autem illæ sint, variè disceptatur inter Jctos. Nam  
si tale sit factum, quod locari non possit, *Actio presc. verb. lo-*  
*cum inveniet. d. l. 5. §. 2.* Sunt, qui ex consuetudine illas æsti-  
mandas, existimant, Alii hoc considerant, an emolumentum  
aliquod subsequi possit pecuniarium, alii in *Vultei in 1. Juris-*  
*pr. Rom. c. 36. n. 10.* cum *Treutlero*, descendunt optionem,  
& eas operas locari solitas intelligunt, quæ in re alterius  
& eas operas locari solitas intelligunt, quæ in re alterius  
præponuntur, & hominis corpore vel toto vel parte ejus præ-  
stantur. Sed quia definitio hæc imperfecta videtur, cum  
facta locari solita non tantum in re alterius, sed & in alterius  
personâ exerceantur; *Donelli* magis (qui ad scopum propius  
accedens: Ea sunt (inquit) facta locari solita, quæ quis nostro  
nomine exercet, aut in re nostrâ, aut in personâ pro certâ  
mercede ipsi constitutâ) arridet sententia; quam ipse tenet  
*12. Comm. 6.* In re nostrâ sunt facta locari solita, ut cum tabu-  
lam meam pingas, in arcam meam ædifices, ex auro meo vas  
conficias. *l. Sabinus 20. l. 65. de contr. emt. l. 2. in fin. b. t. §. item.*  
*queritur Inst. eod.* Aut in nostrâ personâ, ut auriga me vehat.  
*l. sed adde 19. §. si quis 7. b.* Sed si quidam in re sua operam ex-  
ercet, ut si cum aurifice convenerim, ut is ex suo auro annu-  
los mihi faceret certi ponderis certæq; formæ, & acciperet  
pecuniam; illud Divo Imperatori magis placuit venditio-  
nem esse *§. 4. Inst. b. l. 2. §. 1. b. l. §. 2. de presc. verb.* Inter-  
dum verò contractum innominatum, nimirum, si servum  
ruum manumittas, *d. §. 2.* etiam si sit in re alienâ, ut  
si *Lipsiam* eas *l. si pecuniar. ff. de cond. caus. dar.* Vi-  
de

defis *Borcholt. in c. ult. de pact. n. 19. Bocer. Class. 2. disp. 4. tb. 20.*  
 Distinguntur autem aliàs operæ vel in *Officiales*, quas servi  
 & ancillæ præstant, item *Agricola*, *Censitæ* & *Colonj*, ope-  
 ras *Rusticorum* exercentes, & *Artificiales*, quas offerunt *Pi-  
 flores*, *Sartores*, *Fabri*, *Pictores*, *Librarii*, *Calculatores*, *Scri-  
 bæ*, *Ferrarii*, & c. pro certâ quadam mercede. Quæ operæ  
 verò corpore non fiunt, sed sunt magis *ingenii*, ex quibus pe-  
 culiaries proveniunt effectus, sub hunc contractum non ca-  
 dunt: sed improprie locari dicuntur, & præberi beneficii  
 causâ, diciturque id, quod illis datur *ad remunerandum dari*,  
 unde *Doctorum*, *Philosophorum*, *Advocatorum*, *Medico-  
 rum* operæ ab hoc contractu ita alienæ sunt, ut etiam actio-  
 ne ex hoc contractu descendenti peti non possint. Causam  
 hujus rei, quoad *Jurisprudentiam*, reddit gravissimam *l. 1. § 5.  
 de extraord. cog.* Quod sc. sapientia civilis res sit sanctissima,  
 quæ pretio nummario non sit æstimanda nec dehonestanda.  
 Id quod quidem ita scriptum est, sed usus deplorati, & ini-  
 qui nostri seculi perversus, servat contrarium.

#### THESIS IV.

*Forma.*

Forma est in mercede certâ constituen-  
 da (a) vel ab ipsis contrahentibus (b) vel alie-  
 no arbitrio (c) quam tutiorem reddere pos-  
 sunt *Fidejussores* (d) & *pignora* (e) An autem  
 ea solum in pecuniâ numeratâ consistere de-  
 beat? merito dubitatur. (f)

(a) *Ut emptio & venditio contrahitur, si de pretio  
 convenerit, sic & locatio conductio ita contrahi intelli-  
 gitur, si merces constituta sit in pr. l. b. l. l. 2. in pr. ff. eod. l. 23. si con-  
 venerit in fin. ff. comm. div. l. si vir uxori § 2. in pr. de donat. inter  
 vir. & ux.* Ne oriatur contractus innominatus § 1. *Inst. b. l.*  
 Unde evincitur, si contrahentes nullam mercedem expref-  
 ferint, non esse veram locationem. Certa enim merces illa  
 est, cujus quantitas certa est, sive per se, sive per relationem  
 ad aliud *Vultej. Inst. de Emr. n. 46.* Per se ipsam, puta si merx  
 ve-

venerit centum aureis. Relatione ad aliud, intellige si Locator dicat se tanti locare quanti ipse conduxerit, vel tanti se conducere, quanti sit in arcâ.

(b) Et si contrahentes ipsi de mercede contulerint, non dubito, quin naturaliter se circumvenire possint: quia concessum est, quod pluri sit minoris conducere, & quod minoris, pluri locare *l. 22. §. 3. l. 23. b.* Circumvenire autem se possunt circa quantitatem pretii, quod non solum ex natura contractus, sed etiam ex ipsorum contrahentium voto descendit, cum unusquisque hoc agat, idque intendat, ut quantum fieri possit, minori mercede conducatur, & majori locet. Nam bono publico hæc nititur circumscriptio: si quidem nemo libenter contraheret, si ob quamvis circumventionem contractus rescinderentur, atque ita commercia, quæ frequentari publicè interest, negligenterentur. *Hunn. super Treut. l. d. disp. 29.* Neque hæc officio boni viri contrariatur *Treut. d. disp. 29. t. b. 3. lit. C.* maximè, quia in foro conscientiæ etiam locum habet juxta *Bald. in rubr. C. de contrab. emt. n. 12.* nec jure Canon. improbatur *c. penult. extr. de Emr.* Non autem intelligimus circumventionem fraudulentam & dolosam, quæ tam in jure nostro, quam divino, prout sacre literæ testantur, prohibita, sed eam duntaxat, quæ sit sine ulla fraude & dolo contrahentium quæque, ex solius rei qualitatis & dignitatis ignorantia præter intentionem contrahentium proficiscitur, & propterea *dolus ex re, non ex proposito* appellatur *l. 36. ff. de V. O.* Quo casu non displicet, quod tradit *Vvesenb. §. 1. h. l. & §. fin. vers. Et ideo Inst. mandat.* de mercede ex consuetudine dari solita; quia ejusmodi circumventio ita restricta videtur, ut ejus inæqualitas ad æqualitatem reducatur suppleto videlicet, quod juxta mercedi deest, *juxta l. 3. C. commun. utriusq. Judic.* Hinc quæ excedunt juxta mercedis dimidium, jus commune non tolerat, sed rescindere jubet, non quidem simpliciter, sed arbitrio relinquit circumventi; utrum subsistere velit conductio nem, sibi que, quod justo pretio deest, suppleri.

(c) *§. 1. Inst. hic.* Sententia in arbitrium tertii collata

C 3 non

non valet. *l. 25. §. b. c.* Nam si ille non exprimitur, quod saepe numero faciunt vulgares, quando non possunt de mercede convenire, dicentes, faciamus rem aestimari, & quod aestimatum fuerit, dabo tibi nomine mercedis; non est locatio, §. & que supra *Inst. de locat. junct. §. sed certum esse pretium. i. Inst. de Empt. & nihil penitus actum est. Bachov. Inst. ad tit. de Empt.* quia ut *Sobneidev* vinus ait, contrahentes semper disceptarent, in eligendo aestimatore, & sic contractus redderetur elusorius, cum homines naturaliter ad dissentiendum, faciles inveniantur. *l. i. §. si unus §. principaliter ff. de arbit.* Secus si certa persona nominetur, ut quando ille vel Titius aestimaverit, sub qua conditione stare locationem, sancit *l. 25. §. l. ult. C. de contrah. empt.* licet ita contractus non purus & perfectus videatur *Bach. d. l.* Et quidem, si ipse, qui nominatus, mercedem definiat, omnimodo secundum eius aestimationem, & mercedem persolvi necesse sit. Quod tum obtinet, si æque fuerit arbitratus, si inique non item. Tunc enim recurritur ad arbitrium boni viri. *l. continuus 137. §. cum ita. 2. de V. O. Francis. Duar. & Hugo Donell. in l. 43. de V. Obl.* qui reducet arbitramentum ad æquitatem *Sobneidev. Inst. de empt. §. pretium d. n. 40.* Nam per officium Judicis, quod subservit actioni *b. f.* si nimis magnam definitam mercede locator ad eandem agat, objectam per conductorem iniquitate, ex officio Judex moderationem adhibebit. *Bach. Inst. de Empt.* Quando autem ad officium Judicis recurrendum arbitriumque iniquum dicendum sit, inter *D. d.* adhuc lis est. Nobis, sicubi pars læsa est ultra dimidium, justum ad corrigendam inæqualitatem, paratum esse remedium videtur in *l. 2. C. de Rescind. vend.* Sed & si in sextâ parte aliquis læsus fuerit aut etiam in minori summâ, prout judici æquum videbitur, reductionem permittet. *Sobneidev. cit.* Quod si persona ad arbitrandum electa, non definiat, vel noluerit, vel non potuerit; Nulla erit locatio, a jure *Cajo in d. l. 25. ff. locat.* Nec recurritur tum ad arbitrium boni viri, quia hoc penitus impossibile est *l. ult. C. de contrah. empt.* nec à personam arbitratoris receditur *l. 43. §. l. seq. 44. ff. de V. O.* quoniam partes

nominatim elegerunt arbitrium certæ personæ: Quod  
item in societate juris est *Bach. ex l. si cotta 75. pro socio.*

(d) Etenim si fidejussores omnibus contractibus accedere  
possunt, cur nõ & huic §. 1. *Inst. de fidej.* utpote obligatione hñc  
existente l. 3. §. 1. l. 16. §. 3. *de fidejussorib.* Propterea dẽm *Hermer*  
*Vestigal Octavarũ* in quinquẽnium conducere *Mavinus* fide  
suam obligabat. l. 7. *C. de locat.* ut id quod in obligationem  
deducebatur, tutius redderetur l. 1. §. *sed aut proprio* §. ff. *de obl.*  
*& ad.* Excipiuntur tamen usuræ, quæ ex morâ conductoris  
enascuntur, nisi & in illas vel nominatim, vel in omnem  
causam quis fidejusserit, aut nomine earum ad id, quod in  
terest se obligaverit, l. *quero an 54. h. t. l. fidejussor 10. C. de fide-*  
*juss.* quia, qui si simpliciter pro mercede fidejusserit, non vi  
detur simul in aliud fidejussisse, nisi contrarium proberetur.  
Effectus enim contractus se semper refert ad tempus con  
tractæ obligationis l. *Rutilia 69. ff. de cont. emt.* Si verò usuræ  
ex pacto vel stipulatione à debitore promissæ fuerint, ita  
ut jure actionis exigi queant, idque fidejussorem non latue  
rit, non dubium est, etsi simpliciter fidejusserit, quin ad usu  
ras quoque sit obligatus; quod statuit cum *Heving. de fidejuss.*  
*c. 24. n. 48. & 233. Dn. Carpz. p. 2. const. 19. def. 8.* Ita tamen ad  
usuras obligatus censetur fidejussor, ut si ex delicto aut mo  
râ debitoris eas non solverentur, non augeatur ejus obli  
gatio. l. *centum. 8. ff. de eo quod certo loco dari oportet,* ubi  
*Wesemb.* addit; quia fidejussio est stricti Juris, iniquissimum  
foret ex facto alterius, alterum damnum pati, l. *si ex duobus*  
*27. ff. de negot. gest.* contra æquissimum, quod ex morâ præ  
standum venit, non esse in obligatione fidejussoriã, arg. l.  
*quidquid 99. ff. de V. Obl.* Illud etiam non incommode h. loc.  
queritur; numquidnam fidejussor liberetur, si se incio de  
bitor solutionis prorogationem impetraverit? Et hanc quæ  
sitionem pragmaticã sanctione opus habere, statuit *Carpz.*  
*p. 2. const. 19. def.* de jure verò Saxonico decisam esse, osten  
dit. Quamobrem ita an. 1627. pronunciãrunt Scabini Lipsi  
enses: *Hat ewer Nachbar seinem Gläubiger etliche restirend*  
*de Rauffgeter / auff einen gewissen Termin zu zahlen / ver*  
*spro*

sprochen / deswegen ihr euch in Bürgschafft für ihme eingelassen. Ob nun wol bemeldter Gläubiger / ohne ewern Vorberuwß / dem Debitori fernere Stundung gethan / vnd den Zahltermin auff ein ganz Jahr hinaus prorogiret, so ist doch dannenhero die Bürgschafft nicht erloschen / sondern ihr send gedachter Rauffsumma wegen / als ein Bürge / nochmals verbunden **D. N. W.**

(e) Non minus ad securitatem contractus pertinet pignus. *Vvesenb. in par. de pign. in pr. & sciendum est etiam res hypothecæ dari posse, si sit locatio & conductio l. 5. ff. de pignor.* Et si reductio facta fuerit, pignora etiam videntur durare, (ut supra dictum) ita, ut in prædiis rusticis fructus, qui ibi nascuntur, tacitè intelligantur pignori esse Domino fundi locati, etiamsi nominatim id nõ conuenient. *l. 7. cit. loc. quãvis inuecta in prædiũ rusticũ nõ obligata censentur, sine expressã cõuentione q̃ secõ est in inuectis in prædiũ urbanũ, per l. 5. C. locat.* Fructus autem comprehendimus tam naturales, quã artificiales, s. industriã quãstos, tam quã commodiores ad vitæ usum, quã syluestres illos, qui terrã sponte nascuntur. Res itidem subinquinini inuectæ & illatæ teneri possunt ex *l. 11. §. 5. ff. de pignor. act.* Et si subcolonus à Colono fundum conduxerit, fructus Colono non obligantur, sed manent in causa pignoris; haut aliter ac si primus Colonus eos percepisset, *l. 2. §. 1. ff. locat.* Propterea si ita pactus fueris, ut quæcunque in prædia pignori data, inducta, inuecta, importata, innata, parataue essent, pignori essent, ea saltem intelliguntur, quæ perpetuò ibi sunt, non quæ ad tempus. *l. 32. de pignor. l. 7. §. 1. in quibus causis pignus.* utpote hoc animo à Domino introducta, ut non perpetuò ibi manent. Illud quoque prætermittere hic nequeo; An Locari supellex Studiosi libraria tamdiu sit oppignorata, donec debita merces Conducti Musæi persolvatur? Sunt, qui rationem Juris inuoluerere conantur, eaq̃e omninò obligari censent. Verum tanta vis est veritatis, ut substantia ejus falsã demonstratione mutari minimè possit, *l. cum falsa C. de Jur. & fact. ignor.* Nec satis tutum illis paratum dixeris præsi.



fidium in l. 4. ff. de pact. nec §. item Serviana Inst. de act. quasi ita  
dd. textus loquantur generaliter, ut non videatur supellex  
studiosorum excepta, & quod talia privilegia, utpotè jura  
exorbitantia non præsumi, sed probari debeant. Bellè nam-  
que id destruxit, Bachov. in tr. illudque manifestè refellit  
l. 6. cum seq. ff. de pignor. ubi expressè supellectile, & quæ in usu  
quotidiano habentur, excipit Ictus. Quid verò Bibliotheca  
studiosi? nonnè supellex? Nonnè in usu quotidiano com-  
muni & necessario suos habet libros? Ut enim paterf. l. 6. de  
supell. legat. eas res intelligit, quæ ad communem usum ei  
sunt accommodatæ; ita quâ studiosum eas accipimus res,  
quarum privatione officio suo commodè præesse nequit.  
Præterea cum l. executores 7. cum Auth. seq. C. que res pignor.  
gravissimè iudicet in eos, qui instrumenta aratoria vel rusti-  
ca pignoris causâ invadunt, capiunt & abstrahunt, quo  
agrorum cultura retardatur; multominus hoc beneficium  
studiosis denegandum, quilibet sanus statuet, dum plus de-  
trimenti Reipubl. infertur, si libris captis diligentia ad eru-  
ditionem consequendam interturbatur: Nec tacita studiosi  
voluntas præsupponi potest, quæ in vectorum librorum op-  
pignorationem permittat: Et magni momenti est Authent.  
nova illa constitutio Federici, quæ eos vult securè habita-  
re: Sed verò, qualis illa habitatio securâ, si liberi illorum pi-  
gnoris loco detinentur? Hanc enim ob rationem à vestiga-  
libus & portoriis quoq; sunt exempti, cum aliis non tantum  
studiosis, sed omnibus securè vivendi & habitandi concessâ  
sit potestas. Plura hîc addere, lubens supersedeo.

(f) Nec frustra: Periculosa enim hæc controversia,  
plurimis noviter opinionibus ita est agitata, ut ferè cujus  
sententia præferenda non appareat. Mihi in præsens, do-  
nec meliora viderim, placet sententia Vultei; nempe, non  
tantum in pecuniâ numeratâ, sed in qualibet re fungibili  
mercedem consistere, quæ non semper species pecuniæ: (h.  
e. numeratam pecuniam) sed etiâ res pondere numero &  
mensura constantes, l. 2. §. creditum de reb. cred. l. 30. de legat. 1. l.  
fin. C. de const. pec. VVesenb. in par. h. l. in se comprehendat. Su-  
mit

D

mit autem ille vocabulum pecuniæ tripliciter, vel *Generalissimè*; quomodo refertur ad ea omnia, quæ sunt in patrimonio *l. rei s. de V. S.* ubi continentur omnes res tam soli quam mobiles, & tam corpora quam jura, *l. pecunie 178. l. pecunie 222. de V. S.* vel *Specialissimè* pro pecuniâ numeratâ; quo in significatu in venditione pecuniam accipimus item nonnuncquam in hocce locationis contractu; ut crebriori calculo receptum est à *Gloss. & Dd. in l. i. si quis servum. ff. de positi.* & in *l. naturalis s. s. ac cum do. ff. de prescript. verb.* vel tertio paulo *l. i. s. seu generaliter* accipitur hoc verbum, ut eas duntaxat res complectatur quas *Paulus in l. 2. §. 1. ff. si certum petatur.* & *Ulpianus in l. talis scriptura 30. de legat. 1.* expresserunt; quæ sc. non corpore continentur, sed quæ numero saltem ponderare, ac mensura constant. *Godofr. in not. dd. l. Verum sic in contrarium* argumentatur *Schneideyv. ad §. præterea 1. Inst. b.* Sicut in contractu Emptionis pretium necesse est, ut in pecuniâ numeratâ consistat, non in specie, aliâs esset permutatio. *l. 1. §. sed an sine ff. de contr. Emi.* Ita nisi in locatione merces sc. pensio pecunia numerata esset, sed alia species potrigeretur, veluti vinum frumentum, contractus innominatus haberet locum. Confer *Lud. Lopez lib. 2. cap. 25. de Regib. condus. operar.* Quod argumentum non tanti momenti esse dicit *Vultejus*, ut propterea à veritatis tramite aberrare debeamus; Cùm simpliciter negandum, in omnibus comparationem fieri venditionis & locationis inter se. Nam sicut natura Emptionis est, ut in pecun. numeratâ consistat, & si aliud præter pecuniam numeratam solvatur, contractus sit innominatus, do ut des, qui per nihil aliud discernitur, quam ipsa specie pecuniæ: Sic natura locationis est, non ut quidvis promiscuè detur mercedis nomine, sed ut quoque detur pecunia; modo sit res, quæ mensurari, numerari & ponderari possit; Et propterea comparationem venditionis & locationis non in qualitate pecuniæ vel pretii consistere, sed in eo, quod quemadmodum emtio & venditio propriam & peculiarem naturam habet, ita & locatio naturam quandam peculiarem habeat, ut à reliquis contractibus distingvatur,

Hinc

Hinc *Ludvyell. ad π. VVesemb. ad h. l.* non inter se conferuntur  
(inquit) quod utrobique pecunia numerata requiratur præ-  
cisè; sed in aliis, quod in utroque merces; seu pretium certū  
esse debeat, cum in arbitrium tertii conferri possit. Ad quod  
que *Coras. lib. 2. misc. c. 11. & Rittersh. ad l. contr. de R. J.* Nec  
sufficiunt leges quas *Accursius* pro contrariâ sententiâ cu-  
mular, ut *d. l. i. §. ff. de pos. & l. §. naturalis §.* At cum *do ff. de  
præf. verb. l. 14. C. de locat.* Si qualitatem mercedis potius in  
re qualibet fungibili consistere demonstraverimus ex *l. 21. C.  
h. l.* ad quem textum magni cujusdam *Viri in exercit. 14. t. 10.*  
Responsio divinatoria videtur; ut oleum certa pecuniæ  
summa fuisset æstimatum, quæ neque ex verbo ponderatio-  
nis, neque ex *l. 19. §. 3. h. l.* satis probatur. Videat. *Ludvyell d.  
loc.* Neque etiam verba *locasti* abusivè posita sunt, ut *Donello*  
placuit: quia titulus resistit, nec in *d. l. 21. pœnitentiæ* locus  
est. Sic in *l. §. C. h. l.* certis annuis quantitibus condu-  
citur; appellatione autem quantitatis non solum pecunia,  
sed quævis res fungibilis æstimatur. & *l. 35. in fin. h. l.* per-  
mittit fructus mercedis nomine pensari. Quarum illi qui-  
dem veritatem ad extremam usque destruere nititur *Hun-  
nius*, cui ad stipulatur *Bacchov.* Quem imprimis movet, ut  
postquam discedatur à pecuniâ numeratâ, nulla ratio sit, cur  
non etiam in re aliâ, quam fungibili merces possit consistere.  
Sed fortè levis ad hanc objectiunculam, responsio.

## THES. V.

Finis est, ut rerum usus sine alterius par-<sup>Finis</sup>  
tis incommodo inter homines communi-  
cetur (a) cujus effectus parit obligationem,  
ex qua duplex oritur actio, *Locari & Condu-  
cti* (b). Illa competit locatori (c) hæc con-  
ductori (d) qua uterque Jus habet persequen-  
di, quod sibi debetur *§. 1. Inst. de act.*

D 2

(a)

(a) *Vvesenb. in π. n. 19.* Idem finis est, qui omnibus contractibus communis.

(b) Quamvis ex §. *actionum Inst. de act. l. 5. l. 10. l. 13. & §§. seqq. l. 16. l. 22. in pr. l. 35. §. 1. ff. Locati* demonstrari possit, quod actiones hæ etiam dicantur ex Locato & Conducto; attamen his quæstionibus, quæ potius spectant ad nomina, quàm ad rem, longius hic immorari nequeo. *Lud. Lopez lib. 2. cap. 25. de contract.*

(c) Et est in hæredem transitoria *l. 19. sed addes §. ex conducto h. & §. fin. Inst. h. l. Pantzschm. q. 13. n. 20. de locat. Bachov. in Comm. Inst. h. l. five perpetua s. temporalis sit locatio. l. 10. viam C. eod.* Idem obrinet *Jure Saxon. Carpz. part. 2. const. 37. defin. 1. & Vvesenb. in π. d. locat. v. 13.* non obstante *art. 77. lib. 3. Landrecht.* ubi Locator intra tempora locationis decedente, heres ejus locationi ad certum tempus factæ, ad finem usque stare non tenetur; quod secundum mentem *Dni Carpz.* ita intelligendum: Defunctum non potuisse diutius, nisi quamdiu viveret agrum conductori quarendare: Alii prædictum textum interpretantur tantum de bonis uxoris, in aliis Locatoris propriis simpliciter contrarium statuentes, quod scilicet Heredes Locatoris locationi à defuncto factæ stare cogantur, ubi convenit *Nov. Aug. Elect. Sax. p. 2. const. 37.* Sed quamvis heres, & sic successor ejus universalis teneatur habere ratam locationem factam per defunctum, jure communi *Schneidevv. Inst. h. l. §. fin. n. 2. & Saxo-nico Georg. Schulz in Synop. Inst. eod.* Attamen singularis successor, ut Emtor non tenetur, stare locationi factæ per præcessorem, seu venditorem, per textum expressum in *l. em-torem 9 C. locat. sed conductorem nisi in contractu emtionis aliter conventum sit, expellere potest: Ubi fundatur illud dictum: Kauff geht vor Miete. Quod ipsum dictionum dupliciter à *Dn. Carpz.* limitatur. (1) Si fortè conductor unà cum titulo locationis in re conductâ etiam jus hypothecæ habeat. (2) In venditione rei locatæ necessariâ, & sub hæstâ factâ: Successorem enim singularem, qui per sententiam, Judicis succedit, teneri stare colono, nisi locatio facta esset*

in

in fraudem. Ante omnia autem id exigitur, cuius gratiā locator locavit. ut pro usu rei, mercedem accipiat: Propterea *Seius* conductor biennii, cum post elapsum biennium pensionem non solveret, in *l. 54. §. 1. ff. b. jure* expellebatur, & cum solutionem differret, post moram, usuras legitimas Praeses admittebat *l. 2. C. b. l. 17. §. 4. ff. de usur.* Justo enim tempore merces persolvatur, ut si certo tempore res locata sit, finito locationis tempore per *l. Julianus 13. §. offerri ff. de act. emt. l. 1. §. si pensio de migrand.* si in annos singulos exacto anno *d. l. 1.* nisi ex conventionem partium *l. 1. §. si convenit ff. de depositi.* vel regionis propriā consuetudinē *l. Excepto 18. C. locat.* tempus solutionis aestimetur. Si autem nihil certi determinatum sit, ad id, quod minimum est, alii redigendam summam, volunt *l. 34. de R. J.* ad id videlicet, quod melius, quod benignius, quod levius, quod plerunque fieri solet, *Godof. in not. l. 9. semper in eod. lit. S. Ita & Accurs. in l. 3. C. locat. & Rittersb. ad l. contractus 23. de R. J.* Qui verò opus conduxit faciendum, si pro toto opere pecuniam stipulatus, non nisi opere perfecto & probato mercedem petere potest *l. 36. ff. b. Quod cum Boer. Class. 2. disp. 4. th. 32.* intelligimus, si tale sit factum, quod brevi tempore sumtuque exiguo perficiatur; si verò sit opera, quæ magnos sumtus ac victus tempusque longum requirat, & particulariter praestetur per particulas quoque merces solvi debet. *l. cum Stichus de solut. & l. qui Insulam §. pen. ff. b. Vvesenb. in x. hl. n. 14.* Sed quid si famulus operas suas locavit, morbo autem quodam impeditur, quo minus Domino servitia praestare possit, an integra merces illi solvenda? Affir. cum *Lud. Lopez. lib. 2. c. 25. de contract.* Si promissit famulus in servire uno anno, & pro parte anni aegritudine laboraverit, post lapsum anni supplere tempus omisum non tenebitur; quia per eum non stetit, quo minus operas praestet *l. 38. ff. locat.* Unde si Professor propter pestem, in loco grassantem, vel similem causam adversam, non per totum annum legat, sed tantum in principio nihilominus totius anni salarium petere potest, *d. l. sed addes 19. §. pen.* Nec Advocati, si per eos non stetit, quo minus causam agant,

honorarium reddere debent. *d. l. 38.* Quâ ratione etiam si initio anni moriatur, salarium heredibus eorum debetur. *l. 1. §. 13. divus Severus ff. de extraord. cognit. l. 19. §. 9. ff. locat.* Quid verò, si servus antè finitum tempus effugiat? Mercede profectò carere, imo & damnum ex fugâ datum resarcire, tenebitur, *l. 42. junct. l. 138. in pr. ff. de V.O. Treutl. disp. 29. th. 2. lit. 4. arg. l. 1. C. de serv. fugit.* Quare sibi imputabit, quod mercede caret, si antè tempus evaserit, nisi causas sui discessus habeat justas, vel nimiam Domini sævitiam probare possit, cum Dno non nisi moderata castigatio familiæ sit permittenda. *§. sed hoc tempore inst. de hù, qui sunt sui vel alieni juru.* Similiter si ante tempus conductor habitationem deseruerit, in solidam mercedem à Locatore conveniri potest. *l. 24. §. 2. ff. Locat. nisi ex justa causa domum reliquerit: quo casu non integra pensio ab eo exigenda erit, sed pro rata temporis, quo ea usus est secundum Navarrum in summa c. 187. & Lud. Lopez. lib. 2. c. 26. de contract. Pantzschm. lib. 1. quest. 13. n. 23. de locat.* Ergò si obscurantur lumina habitationis, vel alio modo habitatio incommodatur *Carpz. part. 3. const. 37. def. 10.* vel ob pestem *Lud. Lopez. cit. l. 1.* vel propter aliam probabilem necessitatem Inquilinus cogitur migrare, domum conductam, contra voluntatem Domini dimittere potest *Panormit. cap. propter sterilit. d. locat.* Alioquin si ex nudâ voluntate absque causâ sufficiente à conductione recesserit, Conductor totius temporis pensionem solvere obligatus censetur. *l. habitatores 27. §. ult. l. Dominus 55. §. qui contra ff. locat.* Denunciatio a facienda est à Conductore; quod si conductor recedat absque renunciatione, vel clavium consignatione, videtur adhuc possessionem domus retinere, vel si aliquid inconveniens propter omissam denunciationem subortum fuerit, de eo conductor tenebitur. *l. si merces §. 1. h. maxime si res suas ibi relinqueret Pantzschm. in tr. de locat. q. 4. n. 11.* Porro sufficit probare de impedimento, propter quod res conducta fuerit deserenda. *Bart. in l. 2. §. quod diximus ff. si quis caution. vel casum accidisse, indeque conductorem damnificatum fuisse; aliàs si ab ipso locatore impedimentum ob-*

objiciatur, frustratoria est denunciatio *Francif. Bursat. consf. 309. Præten dit Camera n. 11. cū seq.* Propterea, si exercitū veniēte migraverit conductor, deinde hospitio milites fenestras & cætera sustulerint, si is Domino non denunciavit, ex locato tenebitur *l. item queritur 13. §. exercitū 7. b.* quasi si facta esset denunciatio. Locator potuisset impedire, amovendo res, quæ ablatae fuerunt vel resistendo *Panzschm. cit. l. n. 26.* Finita sic locatione debetur rei restitutio *l. 11. §. 13. l. 48. §. fin. ff. & l. 25. C. b.* quam si reddere noluerit conductor, quanti in litem juratum fuerit, aut in rem ipsam, cum æstimatione ejusdem, damnabitur *l. 8. l. 57. d. l. 48. §. 1. ff. l. 34. C. eod. VVesemb. in c. b. Treutl. d. disp. 29. lit. b.* Et si damnum culpa conductoris datum sit, hoc judicio resarciendum petitur. *l. 43. ff. si vulneraverit h. l. si dolo. sive culpa sit factum lata vel levi l. 28. C. hie. l. 3. l. 9. in pr. l. 11. l. 13. l. 19. §. 1. l. 25. §. 4. ff. hie. sive imperitia, quæ culpæ quoque annumeratur l. 51. quæ. 29. §. pen. l. ea lege 51. §. locavi ff. b.* Nam si Gemma includenda aut insculpanda data sit, eaq; fracta, siquidem vitio materiæ factum sit, non erit ex locato Actio, si imperiti a facientis, erit. *l. item queritur 13. §. si gemma 5. ff. b.* Et quia hic utriusq; utilitas vertitur, dōlus & culpa tantum præstat. *l. 5. si ut. certo §. 2. nunc videndum ff. com. mod.* In contractibus enim, inquit *Barr.* qui dantis tantum gratiā habentur, venit dōlus & lata culpa, qui accipientis, tantum levis & levissima, qui utriusque lata & levis: de causa fortuito quis non tenetur, nisi conventio, æstimatio, vel culpa præcedens aliud judicet. Custodia verò & levissima culpa non præstat ex naturā locationis *Ludvv. ad VVesemb. 7. hie.* nisi pro ratione circumstantiarum, ut ab iis, qui pro custodia mercedem accipiunt *l. 40. l. seq. h. l. l. 8. Nauv. Carp. stab.* aut res sua natura exactissimam diligentiam desideret, §. penult. *Inst. 25. §. 7. Schneiderv. ad eund. §. hie. Treutl. disp. 29. th. 6. lit. C.* (Ut si res sit, quæ leviter aut facillimè frangatur; vel si sarcinatores operam suam locant, & in recipiendis & custodiendis rebus quæstum faciunt. *l. item queritur §. si fullo 6. l. si merces §. penult. & fin. VVesemb. in par. h. l. Dn. Carp. a. p. 2. consf. 37. def. 24.* existimat iis in legibus, ubi

ubi levissimæ culpæ fit mentio, superlativum positum esse pro positivo; quemadmodum positivus pro superlativo legitur, ut *l. 21. C. mand.* & ejusmodi diligentiam requirit, qualem quisq; diligens Paterf. rebus suis adhibere solet. Idem ferè Amplissimus Dn. *Ludvveilius* statuit, quem & ego sequor: Qui cum *Bacchov.* dicit in *d. §. fin.* diligentissimum ibi dici non simpliciter, sed qualis in suis rebus esse solet, non in abstracto, sed in concreto; quasi dicat Imperator, si conductor in suis rebus diligentissimus sit, in aliis quoque talem esse debere. Hoc quoque placet *Rittersh. ad l. contractus de R. J.* Quibus benè observatis, non admittimus distinctionem, quam *Hottomannus ad d. §.* inter Locationem Rei & operis facit; quod scil. in illa levis, in hac verò levissima præstetur. Refellitur enim ea ex *d. §. fin.* ubi Imperator de locatione rei agit, & tamen levissimam præstari docet.) Aut quis se ad levissimam quoq; obstrinxerit *l. 9. §. 2. ff. hic.* Minimè etiam casus fortuitus hic præstatur *d. l. 9. §. 2. 3. 4. & l. 11. §. 1. ff. l. 8. C. eod. l. 23. in fin. de R. J.* Itaque si domus aut alia res conducta incendio perierit, aut deterior reddatur, Conductor ad damni istius æstimationem non tenetur. *l. ex conducto. §. si vis in ff. Locat.* intellige talem casum, cui resisti non potest. *l. in iudicio 29. C. Locat.* qui vel à fulgure, aut alio casu fatali ejusmodi ortum suum habet *l. si ut certo 5. §. quod verò senectute 4. ff. commod. l. penult. de incend. ruin. naufrag. l. incendium C. si certum petatur.* Nisi eum nominatim etiã in se receperit conductor, *l. 13. §. 5. l. 22. C. de negot. gest. l. 7. §. 14. de pact. aut culpa vel mora quæda casus fortuitus præcesserit, d. l. 9. §. 2. Ludovicq; Lopezius lib. 2. c. 27.* tres casus ponit, quibus de casu fortuito quis teneatur (1) ut dictum, quando culpa præcedens in causa fuit casus fortuiti. (2) Quando detrimentum accidit in re locata, quia præcessit mora, & deteriorata fuit vel taliter interiit, qualiter apud locantem non interiisset. (3) Si intervenerit pactum de casu fortuito tunc enim conductor, si in se receperit periculum casuum omnium fortuitorum, audiendus non est, si postea remissionem mercedis petat, ob causam sterilitatis, hostilitatis, pestis emer.



emergentis aliumque ob casum fortuitum, qui supervenit  
*Anton. Fab. in C. lib. 4. tit. 41. def. 2. n. 2. & def. 53. n. 1.* Sed &  
casum pecorum æstimatorum præstare tenebitur, si vè morte  
perierint, si vè ab hoste ablata fuerint. *Carp. p. 2. const. 37. de  
fn. 17.* Non aliter ac si essent oves & vacca ferrea, de quibus  
conductor quotannis singulis certam quantitatem lanae vel  
Butyri & Casei solvit, quæ nec alio sine æstimantur, quam  
ut periculo sint Conductorum; Dominis autem nunquam  
moriuntur. *Idem indef. 29.* Miratur hic *Pantzfchm.* quod,  
cum de casu fortuito conveniunt, ad casus insolitos se obli-  
gari nolint; per *l. fistulas 78. S. frumenta 3. ff. de contr. Emr.* ma-  
nifestè innuens, casum solitum non esse casum fortuitum,  
& quando casum fortuitum in se quis receperit, insolitum  
tantum intelligi. Præterea dicit, qui ad talem se obligat,  
multò magis teneri ferre damnum, quod secundum consue-  
tudinem accidit tempestatis; solitum autem casum fortui-  
tis, non rectè accommodari; cum natura eorum ejusmodi  
distinctionem prorsus repudiet. Non inaccurata conside-  
ratio. Nec ei refragatur, *l. quod occidit §. in hac ad L. Aquil.* Ubi  
ignem immittens tenetur de damno ob culpam dato, non  
de casu fortuito. Is enim, qui ex *L. Aquil.* convenitur, ex cul-  
pâ obligatus est. In proposito autem nostro non agitur de  
obligat. ex culpâ descendantibus, sed de casu ex fato con-  
tingente. Cæterum, quis dicatur casus insolitus, adhuc sub  
iudice lis est. *Bart. in l. Scio §. Medico de ann. leg. & in l. sed &  
si quis questum ff. si quis caut. casum insolitum dici autumat,*  
qui in mille annis semel accidit. Alii putant, eum insolitum  
dici, qui in centum annis non semel contingit, *Ripa* remittit  
casuum insolitorum dijudicationem arbitrio Judicis. No-  
bis sufficiat casum eum insolitum dici, qui rarò contingere  
solet. Quid verò, si periculum Conductor in se recepe-  
rit, an teneatur de casu fortuito? Interpretes quotquot  
sunt, pluribus in locis, præsertim verò in *d. l. sed & si quis §.  
qui questum, si quis caut.* de maximâ hujus rei explicandæ  
difficultate conqueri, notat *Pantzfchm. q. 6. n. 1. de locat.* Di-  
xerim ego cum *gloss. l. opus ff. locat. & Lud. Lopez. lib. 2. c. 28. de*

E

contr.

contr. quod huiusmodi periculi susceptio faciat teneri de culpa levissimâ, non de casu fortuito. Nam periculi susceptio nisi aliter intendatur, vel exprimat, in hoc legis casu solum ad exactissimam diligentiam non de casu fortuito securitatem præstandam obligat: Si autem quis periculû in se suscipit, & illa susceptio nihil operatur, nisi casum fortuitum periculum, talem comprehendet. Idem sentimus, si quis se obligavit ad culpam & periculum. Et quando omne periculum à conductore est susceptum, tunc etiam casum includit. vide *Pantzfchim. totam quest. 6. p. 1.* Ulterius quaeritur, si Conductor renunciet casibus fortuitis particularibus, an in reliquis & similibus teneatur? Vide sis pro hac quaestione *Lud. Lopez. cit. loc.*

(d) Conductor ante omnia ad id agit, si res conducta sit, ut sibi eâ frui liceat *l. 9. in pr. l. 15. pr. l. 33. h. l. Donell. 13. Comment. 7.* aut solvatur id, quod interest *l. 7. l. 8. Wesenbec. in par. n. 16. Treutl. th. 7. lit. a. b. l.* Quod ita intellige, si Locator rem alterius esse sciverit, & nihilominus alteri per fraudem locaverit. *arg. l. 37. ff. eod.* Secus si bona fide quis domum emptam locaverit, eaque postea sit evicta: æquissimum certe est, absolvi Locatorem, si paratus sit, aliam non minus commodam, loco prioris domus locatæ, præstare; tunc enim sufficit, si ad mercedis restitutionem tantum tenetur, ut verba *l. 9. & 33. h. l.* aperte demonstrant. Insuper si quis operam conduxerit, Locator Conductori operam suam necessariò præstare tenetur *l. item si pretio 22. §. cum Insulam ff. Locat. vel ipsius quod interest, operam præstari, l. si quis ab alio 13. in fin. ff. de Re Judic.* Quare vel omnia præstanda, sine quibus uti non licet. *Donell. 13. Comment. 7.* veluti locato fundo, instrumenta præstari debent; puta Dolum, Prælum, &c. *l. sed addes 19. §. illud ff. hîc.* Et locatis ædibus eas reficiat, integras præstet Locator *Lex conducto 15. §. 1. l. cum plures 60. in pr. locat. Ostia & fenestras restituat l. 25. §. 2.* Ubi tamen in commodum refectionis sustinendum Conductori, modo præcipuus usque non impediatur. *l. 27. & seq. h. l. Donell. h. l.* Locator quoque damna vitio rei locatæ contracta præstat, si facile

vitium scire potuit. *Vvesenb. in par. h. n. 16.* vel ipsius dolo, vel  
levi culpa hoc fuerit commissum, *Boyer. class. 2. disp. 4. t. b. 65.* Ut  
si vitiosa Conductor dederit vasa, quibus vinum infusum  
effluxerit, *l. sed adde 19. §. 1. ff. l. 28. C. cod. l. 18. §. 3. ff. commod. l. 6.*  
*§. 4. de ar. emr.* Contra si lateat vitium, ut si saltum pascuum  
locares, in quo mala herba nascitur, si ignorasti non teneris,  
*d. l. 19. §. 1.* Nisi in ea locanda artificium tuum, quasi rei bonæ  
& integræ profitearis *Vvesenb. cit. l.* Sed de hisce hæctenus:  
nunc quædam de pensionis remissione. Nimirum condu-  
ctor ad pensionis remissionem agit, si per casum adversum  
prædio conducto uti frui prohibitus sit, v. g. si res conducta  
perierit, statim sine culpa conductoris, vel conductor ob vim  
majorem, interitum rei, sterilitatem fructuum, aut alio mo-  
do damno, quod extra consuetudinem acciderit, afficiatur.  
Inspice totam *l. 15. ff. Locati.* Vel si quid damni per incurso-  
nem hostium datum fuerit; ad remissionem quoque pensio-  
nis Locator conductori & tum obstrictus est, ne supra da-  
mnum seminis amissi mercedem fundi præstare cogatur,  
*Gail. lib. 2. obs. 23. n. 2. & 3.* Atque hæc etiam ex ratione sumtus  
Metatorum, *Einquartierungskosten* Locator conductori re-  
stituit. *L. omnes qui metata 9. C. de Metat.* non solum, quia  
casus est, sed & quia magis prædio, quam personæ onus ejus-  
modi inhaeret *l. 3. §. 14. ff. de muner.* Quare pro hac sententiâ in  
causâ Daniel Schneiders zu Wetau mens. Mart. An. 1634. ita  
responderunt Scabini Lipsienses: *Es hat aber der Pachtmann  
bisher in solcher Mühle/auff die Einquartierung der Soldaten/  
viel Dntosten auffwenden müssen/ So ist der Pacht/ als Ver-  
pachter/ dem Pachtmüller/ solche Dntosten/ auff vorgehende li-  
quidation vnd Beschetnigung/ abzustatten/ oder ihnen an Pachte-  
zinsen abfürren zu lassen/ schuldig/ B. N. W.* Quicquid verò  
fit; eum tamen excipit casum *Du. Carpz. part. 2. const. 37. def.*  
*15.* si jam ex pro bello inita sit locatio, & non convenerit  
conductor de mercedis remissione, in casu quo ipse refrui  
non possit; tunc enim non posse conqueri de eo rerum sta-  
tu, qui fuit tempore conductionis, quia scienti non fiat inju-  
ria, *l. qui bona 13. §. de illo l. inquieto 33. ff. de damn. infect.* Porro

remissio etiam mercedis datur iis, qui ædes conduxerunt, animo recipiendi advenas, vel studiosos in Academiis, & postea oriatur bellum vel contagio; modo eo animo & proposito domum conductam appareat, quod Iudex ex re definit. *Millig. lic. 13. cap. 8. lit. O.* Frustra verò petit remissionem *Inquinus*, si ille in causa est, ut sub inquinati conductum Musæum exire cogantur, aut ita rem agit, ut hujus hospitium conducendum quilibet bonus studiosus caveat. Quando verò ob sterilitatem postulanda remissio, non adeò liquidum est. Quidam dicunt sterilitatem esse, si semen ex fundo non percipiatur. *Bartol. in l. si merces §. vii. major ff. Locat.* existimat, sterilitatem oriri, quando tanta calamitas contigerit, ut deductis sumtibus & expensis in rem conductam factis, conductori nihil superfit. Alii arbitrio Iudicis hanc dijudicandam remittunt. Alii alias tradunt opiniones, quas ordine recenset *Pantzschm. quest. 1. de materia locat.* Verum in hoc pugnantium conflictu, non recedo à sententiâ, *Lud. Lopez. lib. 2. cap. 26. de contract.* quæ omnium illorum opinionibus pensatis, magis rationi & veritati videtur conformior; sc. quod gravis sterilitas propter quam remissio facienda, ex conventionione partium, aut consuetudine & opinione communi Regionis adprobari debeat. Si autem hæc desint, sterilitatem censet pro rata, quæ est tanta, ut conductor agri vix duas tantum demetat partes ex tribus partibus, quæ communiter colligi consueverunt; ut si cum Modii quindecim frumenti colligi soliti erant, ager illo anno non attulit nisi decem, quo casu etiam remissionem commensurandam ille cum *Nayarr.* arbitratur. An tamen in posteriori hoc casu *Lopez.* sententia subsistere possit, in medio relinquo. Sed quid si ob sterilitatem, quis uno anno remisit pensionem Colonio & sequenti rursus ubertas extitit; num etiam ejus anni quo remisit exigere pensionem poterit? Et posse, verius est, per *l. 15. §. 4. ff. Bocerus class. 2. disp. 4. th. 70. de locat.* Hic tamen modicè læsi nullam haberi rationem, palam est. *d. l. 15. §. 5.* Si enim immodicum lucrum conductori non auferitur, etiam modicum damnum æquo animo ferre debet. *l. 27. §. 6. h.* Ubi tamen in-

tel-

telligimus eum conductorem, qui ad pecuniam conduxit numeratam; alioquin partiarius colonus, quasi societatis jure & dampnum & lucrum cum Domino fundi partitur. *d. §. 6.* Interdum etiam omne damnum Coloni est, ut si vitium ex ipsâ re oriatur, non extra rem *Pantzschm. q. 5. n. 1. & 2. de materia locat.* Veluti si vinum coacuerit *d. l. 15. §. 2. Bocer. Class. 2. disp. 4. th. 68.* Vel cum natis vermiculis segetes infestantur, & rancis corrumpantur; quod sibi imputare debet conductor, quod rem evidenter sterilem conduxit *l. qui bono §. de illo ff. de damn. infect.* Conductorem igitur vitium rei vel scire, vel scire debere statuit *Joban. ab Imola in c. propter sterilitatem extr. de locat.* Vel si culpâ ejusdem sterilitas accidat, quia culturam fortè deseruit, aut in colendo agro negligentior fuit colonus *d. l. 15. §. fin.* Et licet sterilitas ejus extiterit, non tamè remissio est facienda; tum quod colonus in culpa fuit, tum etiam, quod dici non possit sterilitatem fructus abstulisse, quorum nulli extiterunt *d. l. si merces §. si conductor.* Itaq; tenebitur conductor omnia probare se fecisse, atq; adimplevisse, ad quæ tanquam bonus paterfam. teneretur. *Francis. Burs. conf. 11. facti species hujusmodi est n. 28.* Præterea, si conductor in fundo suâ operâ aliquid necessario, vel utiliter auxerit, vel ædificaverit, vel instituerit, cum id non convenisset, ad recipienda, quæ impendit ex conducto cum Domino fundi experiri potest. *l. 55. §. 1. Ur si ostium, ædificio adjecerit. d. l. 19. §. si inquilinus.* vel Colonus in agrum aut vineam necessarias & utiles impensas fecerit *l. 61. in pr. h.* vel sumtus in rem conductam fructuum colligendorum causa fecerit, ad perpetuam rei utilitatem, *Trent. d. disp. 29. th. 7. lit. c.* Vel si ille Tributum de re conductâ solvit, poterit falcire hoc Locatori, sicut facit Creditor ratione pignoris. *Schneider. Inst. §. item quaritur n. 3. 11.* Temporales autem & per tempus tantû conductionis, permanens impensæ à Conductore suâ utilitatis tantum gratiâ factæ nullo modus reperi possunt. *Sichard. ad Rubr. C. h. l. n. 16.*

## THESIS VI.

Finitur hic contractus mutuo dissensu (a) <sup>Cōtraria</sup>

E 3

tem-

tempore locationis completo (b) si res locata  
vêdatur(c) & læsio facta sit ultra dimidiũ (d).

(a) *l. 80. ff. de solut.* Nihil enim tam naturale est, quam eo genere unumquodq; dissolvi, quo colligatum est *l. 35. de R. J.* Scilicet si consensu nudo constituitur hic contractus, ergo & dissensu contrario dissolvi eundem necesse est.

(b) Nisi finito conductionis tempore maneat conductor in re sibi locatâ, & ita vel expressè vel tacitè reconducat *l. 13 § ult. & l. seq.* Aliàs si tempus finitum nondum est, Locator conductorem expellere nequaquã potest. *l. quare 54 §. 2. ff. l. 3. & l. 15. C. locat.* Etiam si alius inquilinus seu Colonus majorem pensionè offerre paratus sit. *arg. l. si olei C. eod. Schneidevv. ad §. fin. Inst. h. n. 9.* Sed demum expellitur conductor, si pensionem non solvat. *l. 3. ad C. h. junct. Nov. 120. c. 8.* etiam si pactum fuerit de non expellendo *d. l. qeritur 54. §. 1.* vel ille vellet reficere ædes, vel tam malè in re locatâ conductor versatus esset. *d. l. ad Hackelm. Illust. quest. disp. 11. th. 13.* Malè a. versari apud Schneidevv. cit. l. dicitur, quando rem reddis deteriorè, item si utaris ad abusum inhonestum vel improbatum. Similiter & studiosus in ducendo Meretrices malè utitur re, *juxta gloss. l. non aliter ff. de usu & habit.* Quibus in casibus non tantum expelli potest conductor, sed & ultra id damnum, integram mercedem solvere tenetur *Nov. 7. cap. 3. §. si scire.* E contra ante finitum Locationis tempus (ut dictum) citius Conductor migrare & discedere potest, si timoris causa domum relinquat. *l. habitatores 27. §. iterum ff. b. vel incendii l. si quis fumo 49. §. 1. ad L. Aquil. vel ædium ruinæ l. 28. ff. de damp. infect. vel militum adventus l. 13. §. 7. ff. b. vel pestis, vel morbi contagiosi Gail. 2. observ. 23 n. 7. vel evidentissimis ostentis, tetris imaginibus & assiduis umbrarum illusionibus inquietetur Treutl. d. disp. 29. th. 5. lit. b. ubi Dionys. Godof. in not. ad l. 27. ff. locat. lit. b. scribit; se adolescentem disertissimum Advocatum in foro Parisiensi novisse, qui clienti cuidam suo remissionem pensionis impetrasset, cum conquereretur se propter spectata idola seu *Çâmpara* domui conductæ infesta frui non posse.*

(c)

(c) Licet autem ædes vendantur, Locator tamen curare debet, ut apud Emtorem quoq; ea pactione Colono frui & inquilino habitare liceat, alioquin prohibitus is agat, cum eo ex conducto *l. si mercator 25. §. 4. fundum 1. ff. l. emtorem. 9. C. hie.* Nam singularis successor Locatoris Colono prohibere potest, agrum colere *l. 32. ff. hie.* Sic emtor non cogitur stare Colone, nec Colonus Emtori. *Godof. in not. d. l. lit. G. nisi Conductor* jus in rem adquisitionem fuerit, i. e. si res conducta fuerit ad longum tempus, *Hunnii ad Treutl. h. l. q. 26. V. G. superfici. es l. 1. §. 1. in fin. & §. 6. de superfic. Emphyteusis l. 1. §. 1. in fin. ff. si ager veſtig. vel ea lege, aut pacto emit d. l. 9. quod plerunque fieri solet, ne postea locator, qui domum suam vendidit, teneatur conductori d. l. 25. §. 1. Goth. in not. ad l. 9. C. b. lit. e. vel super contractum locationis conficiatur Instrumentum, in quo locator promittat alii non vendere, sub obligatione omnium bonorum, præsertim autem illius domus locata. Ubi propter Jus hypothecæ in re conducta constitutum, quod ad quemlibet successorem transit, non potest conductor ante tempus elapsum expelli, nec ab Emtore *Schneid. de v. ad Inst. §. ult. n. 4. donec sibi quod sua interest, re locata usum non esse, præſtetur. Treutl. disp. 29. vol. 1. t. b. 8. lit. a.**

(d) Per beneficium *l. 2. & 8. C. de rescind. vend.* Exemplo venditionis: quia fraternizat, & similitudinem habet cum illa *Schneid. ad pr. Inst. b. l. n. 6. Hackelm. disp. 11. t. b. 9. VVesit. a. b. l. n. 12.* Quod beneficium competit tam locatori quam conductori *Robert. 2. animadvers. 14.* quamvis etiam contractus sit finitus *Treutl. disp. 29. vol. 1. t. b. §. lit. b.* Interdum si dolus adversarii probatur, etiam rescinditur contractus *l. si dolo C. de rescind. vendit. Mag. Arum. ad d. l. 2. C. eod. l. 3. §. ult. ff. pro socio. l. 7. pr. ff. de dolo malo. l. cum in plures 60. §. mandavi 4. ff. Locat. VVes. in 7. b. n. 12.* Imò nullus est, si simulandi vel donandi animi, contrahentes habuerint. Necesse enim est, ut contrahentes probato ac serio locandi-conducendi affectu contractum hunc ineant, ne magis videatur elusorius.

THE

THES. VII. & Ultima.

Cognata.

Postremò affinia huic contractui sunt Emtio, venditio, (a) Emphyteusis, (b) quæ ut in multis conveniunt, ita in multis differunt.

(a) Proxima est Emtioni Locatio. *Inst. de Locat. in pr. l. 1. l. 2. ff. eod.* ut in quibusdam quæri solet; utrum Emtio & venditio sit, vel Locatio & Conductio. Conveniunt in causâ efficiente. Nam utraq; est J. G. d. l. 1. Contrahuntur solo consensu, absq; rei verborum & literarum obligatione *l. ex hoc jure ff. de J. & J.* Conveniunt in formâ; ut in Emtione necesse est constituere certum pretium, *Inst. de Emt. in pr. l. 9. C. de contr. emt.* ita in locatione certam mercedem intervenire necesse est. *d. l. 2. Inst. in pr. b.* sic & conveniunt in eo: Ut pretium in arbitrium tertii conferri potest. *s. pretium Inst. de Emt.* Ita si alieno arbitrio merces promissa fuerit, itidem Locatio intelligitur *s. & que supra 1. Inst. b.* Deinde uterq; contractus est proprius, hinc inde ultro citroque obligatorius. *Schneiderv. ad §. 1. Inst. n. 5.* & propterea, quod in uno statutum, habet etiam locum in alio. Differunt tamen in sequentibus. Ut ecce, Emtio & venditio, si contracta & res Emtori nondum fuerit tradita, periculum rei venditæ statim ad Emtorẽ pertinet; ut si ædes incendio consumptæ fuerint, aut fundus vi fluminis ablatus sit *§. quum autem 3. Inst. de Emt.* In locatione autem omnis casus, cui resisti non potest, ad locatorem pertinet. *l. ex conducto 15. §. 2. b.* Emtione per traditionem consummatâ, transfertur in venditorem Dominium, aut usufructuendi conditio. *l. 11. §. 2. ff. de act. Emt. l. 3. §. 21. ff. de acquir. poss. l. 2. in pr. §. 15. 16. & 17. ff. pro Emtor.* Secus est in nostro contractu. *l. 39. ff. Locat.* Venditor post venditionem præcisè tenetur rem tradere, si modo habeat facultatem tradendi. *Schneiderv. Inst. §. 1. n. 7. b. l.* Sed locator nonnunquam excusatur à præstatione rei, ut in *l. 3. C. b. l.* videre est. Porro sunt horum contractuum adhuc plures & convenientiæ & differentiæ, quas singulas tamen latè hic exequi nequeo: exequantur

ve-



verò, qui integrum amant hac de materiâ, conscribere tractatum. Nos ad littus properando paucis Emphyteuticos contractum perstringemus.

(b) Ob magnam etiam familiaritatem, quam Emphyteutis cum locatione habet, Veteres non potuerunt contractum hunc à locatione distingvere. Alii eum locationem esse, alii venditionem existimârunt. Hinc lex lata est Zenoniana, quæ controversiam casumque dubium dirimeret, & Emphyteusi propriam statueret naturam contractus, atque monstraret, nec ad locationem nec venditionem pertinere, sed propriis suis pactionibus niti §. 3. *Inst. h.* Nullam enim locationem esse, inde patet, quia hic contractus tantum in rebus Soli constituitur. *Schneider. Inst. ad §. adeo autem. n. 3.* Transfertur item utile Dominium, & competit Emphyteuticariis actio in rem adversus quemvis possessorem, *l. i. ff. si ager velig.* Rei locatæ verò Dominium manere penes locatorem, nemo est, qui ignorat. Econtra nulla venditio dici potest, per quam secuta traditione directum, & utile Dominium non transfertur. §. 40. & 41. *Inst. de R. D.* At in Emphyteusi retento dominio directo, utile Emphyteutica tantum accipit *Panormit. cap. fin. de Locat.* Res Emphyteutica non soluto Canone ab Emphyteutâ revocari potest. *l. 7. C. de Jure Empb.* Res verò vendita etiam non soluto pretio, per venditorem revocari non potest. *L. incivile. C. de R. V.* Dicitur a. hic Contractus à græco verbo *Φύω* vel *Φυτεύω*, quod ferere & plantare significat. Hinc *ἐμΦυτεύω*, implanto, *infero*, & *ἐμΦυτεύω*, implantatio, per Metonymiam quandam melioratio. Atque sic à sine deducitur vocabulum, vel à præcipuâ agriculturæ parte *κατ' ἐξοχήν*, ut vult *Borcholt. de feud. c. 3. n. 1.* Definitur, Quod sit cōtractus Juris civilis & stricti Juris de re immobili pro certo canone in recognitionē Domini fruēdas, ita tamē, ut melior illa cultiorq; reddatur. Ejs duę cōstituuntur species. Una est *Ecclesiastica*, quando res Ecclesiastica immobilis, ab Oeconomo & aliis administratoribus, cū causæ cognitione, (an scilicet, expediat Ecclesiæ) colenda datur. *auth. si quis ruinas*

F

C.

*C. de SS. Eccles.* Altera civilis, quando aliquis privatus vel Laicus rem privatam, vel propriam in Emphyteusim concedit. Illa Emphyteusis temporalis est, quæ perpetuo constitui non potest, sed solum ad modicum tempus. *Lud. Lopez lib. 2. cap. 29. de contr.* Hæc in prophanis nimirum perpetua est, quoad Emphyteutæ posteritas durat. *Vvesenb. in par. si ager vestig. n. 7.* Non tantum autem ex contractu hoc jus adquirimus, sed etiam ex præscriptione, quasi ex tacito Domini & Possidentis consensu *l. litibus 20. C. de agric. & cens. l. fin. C. de fund. patr.* Quæritur verò, si quis per annos 30. & 40. bona quædam possideat, horumque nomine quotannis certam & uniformem pensionem persolvat, & ob id dicat, se ea tanquam emphyteutica possidere, Dominus verò repetens hoc neget, & ea locata esse adfirmet; Quid Juris? *Resp. Consultissimus Dn. Georgius Schults in Synopsi Inst. de Locat. lit. a.* Hoc modo ejusmodi bona Emphyteutica censeri, si per illud tempus simpliciter ea tenuerit possessor, & certam uniformem pensionem solverit: Tunc enim non quidem ipsam rem, sed & jus perpetuæ Coloniz præscripsisse, ita ut in posterum à Domino, quamdiu Canonem solverit, expelli non possit. Si verò de aliquo titulo constet, nim. si antea bona alicui sint locata, tunc illum possessorem jus perpetuæ Coloniz non posse præscribere, etiamsi per longissimum tempus uniformem pensionem præstiterit. Illud hic omittendum non est, contractum hunc plerumque in scriptis perfici; *l. 1. C. de Jur. Emph.* Et scripturam in contractu Emphyteutico necessario ab initio requiri. *Clar. lib. 4. q. 4.* Quamvis contrarium putet Molinæus ad consuetudines Parisienses §. 73. n. 38. Et hoc sine dubio obtinet, quando est talis consuetudo regionis: alioquin secundum Dd. tutius sentit *Schneidev. Inst. §. adeo autem n. 7.* ut scriptum interveniat. Atque vel maximè necessaria est scriptura in Ecclesiasticâ Emphyteusi, *l. jubemus junct. auth. hoc jus C. de SS. Eccles.* quia rerum Ecclesiæ alienationes omnes in scriptis fieri debent, *6. sive 12. q. 12. ubi vid. Reb. C. hoc jus 10. q. 2.* inquit *Lud. Lopez, lib. 2. cap. 29. de contr.* Cæterum contractus in-

inde scripturâ probari non indiget per se, sed probatâ solutione pensionis, manet probatus, sed benè quæritur scriptura circa pacta facta extra naturam ejus. Postremò plurimis finitur modis: (1) Si fuerit contrarium protestatus Dominus elapso triennio, ut notatur per gloss. & Dd. ex l. 2. C. de Jure Emph. (2) finitâ generatione spec. de Emphyteusi n. 30. cum seq. vel si filius refutat hæreditatem, quando res Emphyteutica data est patri pro se & filiis nepotibus & hæredibus. Bart. in l. ut jusjurandi §. si liber ff. de oper. libert. (3) Præscriptione. Salic. in l. 2. n. 13. Jus n. 72. 156. C. eod. per l. compert. C. de præscript. 30. ann. c. 1. Si quis per 30 annos, si de feud. defuncti in usibus feud. (4) Si Emphyteuta rem Emphyteuticam deteriorē reddat, qui propterea expelli potest, arg. l. ade C. Locat. (5) Si Emphyteuta ex Ecclesiasticâ Emphyteusi elapso biennio. c. potuit extr. Locat. ex privatâ verò, triennio, pensionem non solvat l. 2. C. de jur. Emph. Diversum est, si inspicimus Jus Saxonicum, ubi Jure suo Emphyteuta non cadit, etiamsi canonem non solvat, sed Dominus in casum non factæ solutionis tantum jus pignoris habet, per text. Landr. lib. 1. art. 54. & canon in pœnam non solutionis duplicatur. d. art. 54. vers. Wer seinen Zins zu rechter Zeit nicht gibt, zwiefach sol er ihn geben. Id quod quidem à nonnullis de bonis censiticis non Emphyteuticis intelligitur, quod nimir. Nov. Elect. August. p. 2. const. 38. constitutum sit, ut Emphyteuta ob non solum Canonem, spatio triennii, in Emphyteusi privatâ, bienni verò, in Ecclesiasticâ, processu ordinario & sententiâ definitivâ, jure suo cadat & privetur. (6) Quando irrequisito Domino, rem Emphyteuticam Emphyteuta alienaverit. l. fin. in fin. C. de Jure Emph. Licet enim, inquit Schneid. cit. l. Emphyteuta jus suum vendere & alienare possit, Domino tamen prius denunciare debet, & cum requirere, an ipse veller emere pro tali pretio, quod aliq. solve- re vult, & expectandus est Dominus per duos menses, quibus elapsis, si noluerit emere, poterit Emphyteuta pro lubitu alteri jus suum vendere, etiam sine consensu Domini personæ non prohibet. (7) Quando pactis stare de-

tractat', aut dolo malo jus suum Domino interver-  
tere conatur Emphyteuta *Wesenbec. in par. n. 2. si ager  
rectig.* (8) Quando pensionem negat Domino petenti,  
tunc enim licet non sit perjurus, cum nō juret Dno, sicut  
Vasallus; tamen quia is habet Dominium directum, reco-  
gnoscere illud tenetur, *l. plures C. de fid. Instrum.* ac per conse-  
quens, si contra hoc reperitur infidelis, res cadit in com-  
missum, *Lud. Lopez. lib. c. 32. de contr.* Novissimè observandum  
*ex §. 3. Inst. de Locat. & l. i. C. de Jure Emph.* quod damnum parti-  
culare ad Emphyteutā, universale ad Dominum Emphyteu-  
ticos perineat; Unde ob sterilitatem Canonis remissio fru-  
stra petitur *l. i. & ibi Dd. C. de J. Emph.* cū sterilitas fructuum  
multum differat à totali Rei ruinā. *Bronch. cent. 1. assert. 55.  
Gail. 2. obs. 23. n. 23. Clariss. Dn. Hillig. lib. 9. Donell. Enucl. c. 13.* Nec  
hostium incurso & devastatio Emphyteutæ in solutione  
Canonis succurrit *Borch. de feud. c. 3. n. 12.* Et ita Cardinalem  
Paduæ consuluisse refert *Lad. Lop. lib. 2. c. 29. de cont.* propter  
ea quod tunc non tota substantia rei pereat irrecoverabili-  
ter, aut sine spe recuperandi. Itaq; si prædium per bellum  
totaliter sine ullā recuperationis spe perierit, haud dubium  
esset, quin Emphyteuta ab omni præstatione pensionis,  
seu magnæ, seu exiguæ liber fieret. Tantum.

Sequar meliora docentem.

### Corollarium

Anceps est & valdè lubricus locus in *l. 2. §. 7. ff.  
de O. I.* justumne fuerit factum *Flavii* scribæ, quod  
librum Patrono suo *Appio* furrripuerit, quo formulæ  
praxis in foro experiundi, seu legis actiones conti-  
nerentur? Certè dubium haut est, gravi affici in-  
juriâ studiosum, cujus libri prodantur, *l. pen. ff. ad*

ex.

exhibend. nec excusationi esse, (ut ait Jctus) si alius  
melior ac doctior inde reddatur. Unde dicendum  
videtur, justè non fecisse *Flavium*; maximè quòd &  
scelus augeatur ex personà domesticà libertinà po-  
tiores lacessentis. *l. 28. §. 8. ff. de pœn.* Sed magis  
est, justè fecisse: Non enim *Appii* fuit liber iste, sed  
populi Romani, cujus utilitatem omnibus modis  
privato præferre debuit officio. Neque verò con-  
tractavit in suum privatum usum, ut furti possit  
insimulari; sed populo tradidit, & (ut *Livius* ait)  
circa forum in albo proposuit: Quod adeò gra-  
tum munus fuit populo Romano, ut tribunus  
plebis fieret, & Senator & ædilis Curulis.  
Profectò meretur hoc fides bonorum vi-  
rorum, qui publicæ saluti student, ut mul-  
tis honorum titulis, in meritorum retribu-  
tionem, ornentur. Cæterùm refert hanc hi-  
storiam præter *Liv. dec. 1. lib. 9. circa fin.* *Cicero* quo-  
què *pro Muren. non multo post princip.* & *Plin. lib. 33.*  
*c. 1.*

**S**ic benè præclareque *Locas* & faulliter annos;  
Si, quid jura velint, quidque statuta, vides.  
Conducat labor hic juvenilis, & ista senectæ  
Cura; senex animo subsistitque Pater.

*Paulus Marquartus Slegelius, D.*  
*p. t. Rector.*

Præstantiss. & Literatissimo Dn. Respon-  
denti, amico meo.

**U**t tibi CONDUCAT CONDUCTIO, clara LOCETQUE  
estudijs manans se Tibi Fama, precor.

F 3

Qua

Quale olim Fratri cessit de jure brabeum  
in medio posuit nostra Salana tibi.  
gratulat. amic. ergo f.

Zacharias Wrietschenck D.

Quid dulces studiorum horas vitaque locares  
LOCATIO CONDUCTIOQUE testis est  
Si molles armos posthac ratione locaris  
CONDUCEt olim firma diligentia;  
& decus & famam tibi Juridicina locabit,  
felicium fecunda mater munerum.

PERSCHII

Laudabiles in juru studio progressus commendat, utq; doctrina &  
peritia sue conjungat emendatam, quod sedulo facit, vita ratio-  
nem bonu omnibus gratam, pro singulari animi, qua ipse lau-  
datam familiam, parentem integerrimum, fratrem Jctum cele-  
berrimum, matrem piam, & filii amantissimam, amplectitur  
propensione, author est

Wernerus Rolfinck, Phil. Med. D. Pract.  
& Chimiæ P. P.

Dum siccaant alii cum face ciboria zythi,  
Aut dulcis multi pocula larga bibunt.  
Unde subit venas rabies, clamoribus æther  
Percutitur, sumit cuspe rixa modum;  
Tu Themidos studiis operaris, & omnis in hoc es,  
Ut clarum juris nomen ab arte feras.  
Pergito honoratos sic exhilarare Parentes;  
Affinem & Fratrem sic imitare tuum.

Amico & Convictori  
in 2. f.

Daniel Stahlus P. P.

Conductionis & Locationis ut talo suo  
stent jura. Juris ex abyssis disputas solenniter,  
nodosque solvis insolubiles; tum Præsidis tui  
nixus manu, tum viribus pulcre vigentis ingenii,

As-

Acclamo doctis ausibus tuis **FELICITER!**  
precorque: semper floridis ut artibus sis deditus.

*Lm̄g. F.*

**Joh. Michael Dilherrus**  
P. P.

---

**D**um, quod mercedem certam Conductio poscat,  
Monstras ingenii dexteritate tui:  
**PERISCHI**, merces te non manet ultima, nomen  
Magnorum volitans docta per ora virum.

*Eruditiss. Dn. Perischssohn*  
fautori & consalino svaviss. grat. &  
**Andreas Ramdohr**,  
U. J. Doctorand.

**F I N I S.**

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and difficult to decipher but appears to include a name and a date.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and difficult to decipher but appears to include a name and a date.







ULB Halle 3  
003 252 736  


Sb.

V017







B.I.G.

Farbkarte #13

46

1640, 3

3

*Quod DEUS bene veretur!*  
DISPUTATIONEM

De  
**LOCATIONE, ET  
CONDUCTIONE,**

*Permissu Magnifici, Nobilissimi & Amplissimi Jctorum  
Ordinis in florentissima ad Salam Academia*

SUB PRÆSIDIO

VIRI Nobilissimi, Amplissimi, Consultissimi, Excellentissimi

**DN. ZACHARIÆ Præschencen /**

**JCTI, & Antecessoris eminentissimi, Consilarii**

**Saxonici gravissimi, nec non Curia Provincialis & Scabina**

**tus Assessoris celebratissimi, Dni. Præceptoris, Mæcenatis, & Promo-**

**toris sui omni observantia, & reverentia cultu æternum deve-**

**nerandi, maximi æstimandi,**

*publica, & placida censure submitter*

**HIERONYMUS GOTHOFREDUS,**

*Dehrischsohn / Misnic.*

*in Jctorum Acroaterio*

*Ad diem Octobr.*

Bonus Vir, si habeat servum fugitivum, vel domum in salubrem ac pestilentem, quæ vitia solus sciat, & ideo proseribat, ut vendatur: Utrumne profitebitur fugitivum servum ac pestilentem domum, se vendere, an celabit Emptorem? Si profitebitur Emptori fugitivum esse: Bonus quidem, quia non fallerit, sed tamen stultus judicabitur, quia vel parvo vendet, vel omnino non vendet; si celaverit, erit quidem sapiens, quia rei consulit, sed idem malus, quia fallerit.

*Cic. in fragm. lib. 3. de Republ.*

JENÆ,  
Prelo STEINMANNIANO.  
Anno MDC XL.



12

